UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Preciosa || Hiero-||theca || Dvodecim || Vnionibvs || Colo-||niensis Historiae || Exornata

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1634

urn:nbn:de:hbz:466:1-9564

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

KIIII. 23.
~~4.1~~ Th. 2304.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ex legato Celsmi Principis Ferdinandi, Epi Paderb:
et Monaster: Anno 1683

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# PRECIOSA HIEROTHECA DVODECIM VNIONIBVS COLONIENSIS HISTORIÆ EXORNATA.

AVTHORE
ÆGIDIO GELENIO SS. THEOL. LICENTIATO, CANONICO S. ANDREÆ.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Typis GISBERTI CLEMENTIS.
ANNO M. DC. XXXIV.

*Cum Priuilegio.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# AD LECTOREM.

PAucis Beneuole Lector accipe quid in hiſce quinque precioſæ Hierothecæ capitulis occaſione translationis S. ENGELBERTI doceatur.

## Caput Primum.

DEſcribit ſolemnitatem & pompam quæ in S. ENGELBERTI exuuiarum eleuatione interceſſit 1633.

## Caput Secundum.

PAucis formam & dimenſionem &c. nouæ & pretioſæ tumbæ explicat.

## Caput Tertium.

PRæmiſſo ſacrarum literarum elogio, ex 16. tabulis circa S. ENGELBERTI Hierothecam expreſſis, priores octo explicat.

## Caput Quartum.

POſteriores octo tabulas miracula S. ENGELBERTI repræſentantes proſequitur.

## Caput Quintum.

PRæcipuum huius Hierothecæ argumentum pertractat duodecim nimirum SS. Epiſcopos tumbam S. ENGELBERTI circumdantes, quos tibi LECTOR, & toti COLONIÆ tutelares huius anni Diuos operis offert author.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

✠

# AMPLISSIMIS, PRÆNOBILIBVS, CLARISSIMIS, PRVDENTISSIMISQVE VIRIS SANCTÆ COLONIENSIS CIVITATIS INCLYtæque Reipub. Conſulibus, Quæſtoribus, Proconſulibus & Senatoribus ſalutem & fœlix anni auſpicium P.

ÆGIDIVS GELENIVS LICENTIATVS, CANONICVS S. Andreæ.

QVADRINGENTI *ab hinc, Ampliſſimi viri, ſunt omnino anni, cùm moderante Eccleſiam Colonienſem* S. ENGELBERTO, *ex pia Maiorum noſtrorum conſuetudine Nobiles Matronæ ſingularis alicuius Sancti patrocinium imploraturæ, duodecim ſacerdoti offerrent faces benedicendas, quarum ſingulis tum ſingula Apoſtolorum nomina ſubijciebantur, tum ex oblatis atque à ſacerdote benedictis araq; impoſitis vnam ſibi, quam ſors obtulerat, ſeligebant; Patronum eum impenſius culturæ, quem facis præ reliquis delectæ inſcriptio & ſubſcriptio demonſtraret. Quem pium Nobilium Matronarum vſum feli-cibus auibus vt ſub anni iam vertentis initium non tam auſpicer, quàm renouem; En duodecim, Amplitudinibus Veſtris offero ſingularia Eccleſiæ Colonienſis lumina, in* S. ENGELBERTI *Hierotheca nuperrimè cœlatoris manu expreſſa, è quorum numero vnum ſibi deligere queant Patronũ, qui Ampli. VV in omnibus calamitatibus ac rebus difficilibus conſilio atque ope perpetuum aßiſtat. Quam fideli quondam opera ac ſtudio Maioribus Veſtris atque anteceſſoribus in vrbis defenſione adfuerint Sanctorum patrocinia haud opus eſt pluribus declarare, cum author ſit Bredenbachius lib. 4. c. 22. ex annalibus & antiquis Colonienſium monumentis ſub ann.* 1266. *tempore Clementis* IV. *ipſam Coloniam obſidione, qua tenebatur, Diuorum ope atque auxilio fuiſſe leuatam. Cinxerant enim eam Theodericus Cliuenſium Comes & Stephanus de Vuylen, quo-*

Cæſarius lib. 8. de mirac. c. 56. & cap. 61.

*quorum vultui animoq; in nocturna quiete obijciebat ſe obſidionis tempore Diua Vr-
ſula radianti redimita diademate, cereoq; inſtructa lucidiſsimo, (qui totius vrbis lu- A
mina ſuo vincebat ſpledore) comitantibus eam vndenis virginum millibus, SS. quoque
Maurorum ac Thebæorum agminibus, vti ſtatuæ in vrbis noſtræ mœnibus è regione Di-
ui Panthaleonis collocatæ, atque antiquæ in Diui Gereonis æde imagines etiamnum lo-
quuntur. Qui omnes vt viſi ſunt ciuitatem & portas roſeis conſignatas crucibus, con-
tra omnem hoſtium vim atq; inſultum, munire; adeo terruerunt hoſtes, vt omni po-
tiundæ vrbis ſpe abiecta, mox obſidionem ſoluerent, temerarium exiſtimantes, cum Di-
uis θεομαχεῖν, ac ciues Diuorum patrocinio firmos, prælijs inanibus laceſſere. In cuius rei
teſtimonium quotannis adhuc Amplitudines Veſtræ ipſis SS. Maurorum ferijs, id eſt, B
15. Octob. in D. Gereonis crypta ad SS. tumulos offerre conſueuerunt tredecim grandes
cereos; qui illic ad dies aliquot ardere conſpiciuntur. Quin & ipſis Principibus noſtris
Colonienſibus, vbi cum fidei Chriſtianæ hoſtibus erant conflicturi, ita ſubſidio venêre,
vt ſola ſua luce, qua ipſorum Catholicorum Principum exercitum illuſtrarant, hoſti-
lem terruerint exercitum, atque in fugam compulerint. Nam anno Chriſti 749. Illu-
ſtriſsimus princeps Pipinus Caroli Martelli filius, Maior domus Franciæ, Dux Agrip-
pinẽſis, Auſtraſiæ, Thuringiæ, Burgundiæ ac Lotharingiæ, priuſquam regio coronare-
tur diademate, Saxonibus ac Weſtphalis deuictis Coloniam rediturus, à tumultuario
Weſtphalorum milite prope Werdam fuit impetitus. Qui cum noviſſet exercitum
ſuum curſu & laſsitudine exhauſtum, multiſq; fatigatum vulneribus, hoſtili fore im- C
parem, Diuorum cœpit implorare fidem. Supplex igitur ac humi proſtratus,
ſubmiſsis genibus Sancto Svviberto votum nuncupauit, ita vt ſi de hoſte trium-
pharet, ipſius eſſet Eccleſiam viſitaturus. Vix nuncupato voto, ecce tantus derepente
lucis fulgor ipſius Pipini illuſtrauit exercitum, vt hoſtium & oculos perſtringeret, & in
fugam ipſis coniectis hoſtibus, ſine cæde & ſanguine victoriam Pipino pareret. Aparta
victoria Pipinus gratijs Deo actis, Sancti Svviberti limina inuiſit, eumq; de cætero in
ſuũ [illegible]ptauit patronum.* cap. 3. miraculor. vita Sancti Svviberti. *Sed quid an-
tiqua commemoro? Cum hac tempeſtate noſtrâ, eadem Diuorum patrocinia noſtris
quotidie vſurpemus oculis. Quam enim Ampliſs. DD. VV. exiſtimant cauſam, cur v-
niuerſa pene occupata Germania, vrbs noſtra intacta adhuc, & ſalua permaneat, haud D
aliam ego aut monſtrare poſſum, aut cogitatione aſſequi, quam perpetuum Sanctorum
patrocinium. Horum igitur cultum VV Amplitudinibus quam gratiſsimum, vt gra-
tâ recolam memoriâ, Arripui ex S. ENGELBERTI tranſlatione occaſionem, plura
Amplit. VV. Colonienſis Eccleſiæ offerendi lumina & ſidera, eaque minimum duode-
cim, è quibus rudi à me Minerua deſcriptis eum ſibi, qui maxime arrideat, exoriente
anno aſciſcant Præſidem, & Tutelarem Patronum, cuius luce & auſpicijs illuſtrata &
ducta æternum viuant, ac fœlices ciuitatem moderentur. Col. Kal. Ian. anno 1634.*

CAPVT

A

# CAPVT PRIMVM.

## DESCRIBIT SOLEMNITATEM ET POMPAM, QVÆ IN S. ENGELBERTI TRANSLATIONE INTERCESSIT.

V. plura de S. Engelberto pag. 118.

*Surrexit Dauid & abijt & vniuerſus populus qui erat cum eo, vt adducerent arcam Dei, ſuper quam inuocatum eſt nomen Domini exercituum.* 2. Reg. 6.

FREQVENTER, Beneuole Lector, in hiſtoria S. ENGELBERTI mentionem feci de noua Hierotheca eaque precioſiſſima, quæ ſumma arte iam integro quadriennio in eiuſdem Sancti honorem elaborata fuit, ac tandem proxime ſuperioribus diebus perfecta atque abſoluta. Ne igitur poſteritati lateat, quàm magnifico cum apparatu ſacræ S. ENGELBERTI exuuiæ in eam ipſam ſint translatæ, paucis ſolemnitatem omnem cum ipſa Hierotheca, tenui licet penicillo adumbrabo.

B

Sub annum milleſimum ſexcenteſimum tertium & triceſimum, VII. Idus Nouembr. euocata pridie (id eſt, VIII. Idus Nouembris, quæ Dominica erat infra omnium Sanctorum ferias ſolemnes) ex ambone vniuerſa ciuitate; tum Clerus, tum ciues certatim ād Metropolitanam Colonienſis Vrbis ædē ſeſe effudere, vbi iam omnia ad ſolemnē pompā parata & compoſita erant. Chorus ſecūdùm viros principes, ab octo ex vndecim Canonicorum Collegijs (quæ in ſupplicationibus comparere conſuerunt) ſtipabatur; medium chorum ipſa, quam deſcripturus ſum, noua occupabat Hierotheca, & ponè Muſicorum turba. Ex Religioſorum ordinū agminibus ſuas quodque pro antiqua conſuetudine ſeruabat ſtationes, quas in amplę baſilicę ſacellis ſibi habet deſignatas, ſacriſque operabatur. Omnibus igitur ex ordine diſpoſitis, myſtæ octo præeunte cruce, ſacris labaris, thurigeris, ac tædiferis; antiquam ex plumbo tumbā humeris ſuis ſuſtinētes è ſacrario ad chorum extulere; comitabātur qui pluuialibus, vt vocant, erant induti cycladibus & mitris redimiti Reuerendiſſimi Viri D. Otto Gereon Archiepiſcopus Cyrenenſis, Vicarius in Pontificalibus Sereniſſimi & Eminentiſſimi Domini noſtri FERDINANDI Archiepiſcopi & Principis Electoris Colonienſis.

*Tempus nouæ translationis S. Engelberti.*

C

*Multitudo præſens nouæ translationi.*

D

*Quomodo vetus Hierotheca ex ſacrario elata.*

D. Ioannes Epiſcopus Cardicenſ. Vicarius in Pontificalibus & Spiritualibus, Paderbornenſ. & Hildeſimenſ. Præpoſitus in Schilzede.

D. Iodocus Wagenhauber Epiſc. Auguſtopolitanus, Vicarius in Pō-

tificalibus Herbipolenſis,& Collegiatæ Eccleſiæ noui Monaſterij Herbipol. Decanus.

A

Subſequebantur, quos infra nominabo, Metropolitanæ Canonici comites,presbyterique ſuis ornati ſupparis & conſueto habitu.

Productum vix ſacrum pignus ſub multitudinis aſpectum, eam ad ſingularem ſui veneratione inuitat,venerãtur omnes, clerus hilari mẽte iteratiſq; vocibus occinit: *Iuſtũ deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnũ Dei,& dedit illi ſcientiã Sanctorũ:honeſtauit illũ in laboribus:& cõpleuit labores illius. Immortalis eſt n. memoria illius,quia & apud Deũ nota eſt apud homines &c.*

*Inauguratio noua Hierotheca.*

Deinde iteratoque gloriam indiuiduæ Trinitati; vti in ſacris conſueuit officijs,decantat;ipſumque Martyris pignus Principes ante viros in mẽſa ad hoc expedita reponitur. Exinde nouam Hierothecam ſacro cæremoniarum ritu benedictionibuſque inaugurare cœpit & cõſecrare Reuerẽdiſſimus Archiepiſcopus Cyrenenſis, Principis Electoris & Archiepiſcopi Colonienſis,&c. in Pontificalibus Vicarius. Abſoluta benedictione DD.Suffraganei ad antiquam regreſſi tumbam,amouerũt byſſinum,quo inuoluta tegebatur, Notarijque DD.Balthaſar Brevver & Ioannes Fabricius iuſſi ſunt Sigillorum recognoſcere integritatem,quâ cognitâ,reſerauit ipſa ſigilla in reliquorũ Suffraganeorũ præſentia, Reuerendiſſimus Dñs Cyrenenſis; Deinde venerabundus ſuffitu excitato, nudatum velo ſacrum caput cum oſculis è tumba extulit,Principibuſq; viris pio colendũ oſculo obtulit, qui frequẽtes põpæ intererant, quos inter eminebãt Reuerendiſſimi Eminẽtiſſimus illuſtriſſimiq; Principes.

B

*Translatio reliquiarum.*

C

*Proceres præſentes.*

Anselmvs Casimirvs à Wamboldt,S.Sedis Moguntinæ Archiepiſcopus S.R. imperij ſeptemuir & per Germaniam Archicancellarius.

Franciscvs Gvlielmvs, Epiſcopus Oſnaburgenſ. Mindenſ. ac Verdenſ. Sac. Rom. Imperij Princeps,Metropolitanæ, nec non Cathedralium, inſignium ac celeberrimarum Eccleſiarum, Colonienſ. Ratisbonen. Freiſingen. Bõnen. Monacen. Oeting. reſpectiue,Præpoſitus, Archidiaconus & Canonicus, Comes de Wartemberg, Dominus in Waldt,&c. ad hanc ſacrarum reliquiarum translationem Sereniſſimi & Eminentiſſimi Domini noſtri Archiepiſcopi & Electoris Colonienſis,&c. Legatus, S. Engelberti ſtudioſiſſimus venerator; cuius pia ſollicitudo cultũ hunc & ſupplicationem plurimũ promouit & adornauit.

D

Franciscvs ab Hatzfelt, Epiſcopus Bambergenſis & Herbipolenſis, Franciæ orientalis Dux.

Georgivs Antonivs à Rodenſtein, Epiſcopus Wormatienſis.

Ioan-

Ioannes Adolphus ab Hoheneck, Eccleſiæ Fuldenſis electus Ab-
A bas, Diuę Auguſtæ Archicancellarius per Germaniā & Galliam Primas.
Wolffgangus Wilhelmus Newburgicus, Iuliæ, Cliuiæ, *
Montium Dux, Comes Palatinus Rheni &c. S. Engelberti conſan-
guineus, pridie huius ſolemnitatis Coloniam appulerat, ſed præpeditus
negotijs pompæ non interfuit, die tamen poſtero plurimum veneratio-
nis ſacris impendit Lipſanis Sancti Engelberti, quem apprime ſibi
dilectum à Sereniſſimo Filio ſuo etiam infante inter diuos tutelares
inuocari iuſſit.

Secundum hos vero Metropolitanum Collegium ipſum, abſentibus
B aſteriſco notatis, ſic adſtabat.

Illuſtriſſimus.......... Præpoſitus. *

Franciſcus Dux Lotharingiæ Epiſcopus Verdunenſis &c. Decanus. *

Franciſcus Erneſtus Comes in Dorſsweiler, Krichingen, & Pittin-
gen, Subdecanus Capellarius & Theſaurarius.

Ioannes Comes de Wolffseck, Dominus de Walburg, ſacri Ro- *
mani Imperij Dapifer hæreditarius, Epiſcopus Conſtantienſis, Chori-
Epiſcopus.

Bertholdus Comes de Konigseck & Rottenfels, Dominus de Au-
C lendorff & Dominij Stauffen, Scholaſticus & illuſtris Sancti Gereonis
Decanus.

Ioannes Iacobus Comes de Konigseck, & Rottenfels &c. Ma- *
ior Diaconus.

Otto Ludovvicus Comes Syluestris & Rhenanus de Thaun, &
Salm, Minor Diaconus.

Hermannus Adolphus Comes de Salm, Dn̄s de Reifferſcheid, &c. *
Mariſchallus hæreditarius Diœceſis Colonienſis.

Wilhelmus Salentinus Comes de Salm, Dn̄s de Reifferſcheid, &c.
D Mariſchallus hæreditarius Diœceſis Colonienſis.

Enno Philippus Comes & Dominus Friſiæ Orientalis & Rittberg, *
Scholaſticus Argentinenſis. &c.

Leopoldus Comes & Dominus Friſiæ Orientalis & Rittberg, &c.

Leopoldus Fridericus Comes de Hohenzolleren, Sigmaringen & *
Veringen.

Leopoldus Wilhelmus Archi-Dux Auſtriæ Diui FERDINANDI *
Cæſaris filius, Archiepiſcopus Magdeburgenſis, Germaniæ Primas,
Epiſcopus Argentinenſis, Pataujenſis, Halberſtadienſis, &c.

Mat-

* Matthias Princeps de Medices,&c.
* Nicolaus Franciſcus S. R. E. Cardinalis,Princeps Lotharingiæ,&c. A
* Leopoldus Princeps Medices.
Ferdinādus Comes de Mãderſcheidt,Blanckenheim,& Geroltſtein.
Wilhelmus Erneſtus Comes de Manderſcheidt, Blanckenheim,& Geroltſtein.
(berg,&c.
* Ferdinandus Franciſcus Comes & Dominus Friſiæ Oriẽtalis & Ritt-
* Leopoldus Fridericus,Dominus de Walpurg, Dapifer hæreditarius.
* Maximilianus Henricus Comes Palatinus Rheni, vtriuſque Bauariæ Dux, Coadiutor Hildeſimenſis & Berchtesgadenſis, Præpoſitus Magdeburgenſ. Argentinenſ.& Conſtantienſis. (tarius S.R.I. B
* Wilhelmus Wunibaldus, Dominus de Walpurg, Dapifer hæredi-
* Carolus Ferdinandus Poloniæ & Sueciæ Princeps potentiſſimi Regis Sigiſmundi filius &c,Epiſcopus Vratislauienſis.
Ericus Adolphus Comes de Salm, Dominus de Reifferſcheidt,&c.
Erneſtus Salentinus,Comes de Salm,Dn̄s de Reifferſcheidt,&c.
* Philippus Erneſtus Comes de Lowenſtein, Wertheim, Rocheforte & Monte acuto &c.
* Ferdinandus Carolus Comes de Lowenſtein, Wertheim, Rocheforte & Monte acuto.
* Ioannes Albertus Poloniæ & Sueciæ Princeps inuictiſſimi Regis Sigiſmundi filius,Epiſcopus Warmienſis. (Geroltſtein. C
Philippus Salentinus Comes de Manderſcheidt, Blanckenheim &
* Mauritius Henricus Comes de Naſſaw, Catzenelenbogen, Vianden & Dietz,&c.
* Georgius Franciſcus Comes de KönigsEck & Rottenfels &c.
Iacobus Hutterus Kempenſis,Doctor,Senior Iubilarius.
Hartgerus Henottus Doctor S.Seuerini Præpoſitus & Decanus ad Diui Andreæ.
Seuerinus Binius Doctor,Vicarius in Spiritualibus Generalis. D
Otto Gereon Archiepiſcopus Cyrenenſis Doctor.
Zachæus ab Horrich Doctor,Officialis.
Henricus Francken Sierſtorffius Doctor.
Georgius ab Eyſchen,Licentiatus.
Ioannes Schwaan, Doctor.

Difficile mihi eſt poſt Principes & Illuſtriſſimum Collegium Metropolitanum,inire numerum eorū,quos è Colonienſi & externo Cle-

ro ob-

ro obſeruaui in conferta multitudine Prælatos, & illuſtres Laicos inter
A quos præcipue memoriæ meæ occurrunt.

Ioannes Reinardus à Metternich, Eccleſiæ Moguntinæ, & ad S. Bartholomæum Francofurti Prępoſitus, Epiſcopatus Halberſtadien. nomine Sereniſſimi Leopoldi Wilhelmi Auſtriaci &c. Adminiſtrator.

Hieronymus à Wirtzburg, Præpoſitus Herbipolenſis.

Vitus Godefridus à Werdenaw, Decanus Herbipolenſis.

Theodorus Adolphus de Reck, Eccleſiæ Paderbornenſ. Decanus.

Ioan. Wilhelm. à Gerzen condictus Sinzig Eccleſiæ Paderbornenſ.
B Cantor, Præpoſitus in Wilshauſen.

Eraſmus ab Horſt, Eccleſiæ Spirenſis Cuſtos.

Abbates diuerſorum ordinum ac diœceſium plurimi, quorum nomina hic ſpecialiter poni non poſſunt.

Excellentiſſimus demum, Illuſtriſſimuſque Iudocus Maximilianus Comes in Brunckhorſt & Gronsfelt, Baro Battenbergicus & Rheinburgenſis, Dominus in Alpen & Honopel, Cæſareæ Maieſtatis, & Sereniſſimi Bauariæ Ducis Cubicularius & Supremus armamentarij ac tormentorum præfectus & militum dux.

Principes & illuſtres domicellas, alioſq; dignitate & nobilitate con-
C ſpicuos tam ex familijs ſeu aulis Principum prædictorum, quàm alios deſignare ſuperuacaneum eſſe duximus. Obſeruandi tamen inprimis Conſules Colonienſes Ioannes à Boland, & Ioannes Michaelis à Cronenberg. Quæſtores, Ioannes Oickhouen, & Gerardus Pfeil à Scharpenſtein, & Proconſules, Iacobus à Rothkirchen, & Conſtantinus à Iudde, cum vniuerſo Senatu.

Hi oẽs ex ordine cũ clero deuota venerãdo capiti figebãt oſcula, quod ipſum ego ex pia quadã curioſitate obſeruaui, illâ, quã Cæſarius *lib. 2. vitæ* Caput S.
*S. Engelb. c. 9.* deſcribit, fuiſſe conſtitutione: ait verò Cæſarius: *Ita Martyris* Engelb.
*caluaria gladijs cædentium confracta & comminuta fuerat, vt de caldario corpore extracto* (cõſuetudo erat iſtius ſæculi) *particulatim vix poſſet cõiungi:*] Hæc ille.
D Quæ tamen de ſincipite & frõtis facie tantum ſunt accipiẽda; nam hæc à cranij cõmiſſura, temporibus, ac mento, fortibus lacertis parricidæ iſti ancipiti enſe deiecerant cõminuerantque, vt relicta veſtigia ſatis prodebant. Honoratas oſculo S. Martyris reliquias Reuerendiſſimi *DDD.* Vicarij in Põtificalibus, in nouâ recõdiderunt Hierotheca, adiũctis duab⁹ laminis, quarũ vni prior eleuatio, alteri poſterior hęc trãslatio erat inſcripta. Hierothecã deinde Sereniſſimi ac Eminentiſſimi *Dñi* Ferdinandi

B Archi-

Archhiepiscopi & Principis Electoris Coloniensis, Dñi noſtri Clementiſſimi &c. nec non Illuſtriſſimi Capituli ſigno, corã Principibus teſtibus conſignauere, conſignatam mox cum publica ſolemniq; pompa ſupplices circumgeſtauere. Conſules atque vniuerſus Coloniẽſium magiſtratus, qui præeũtibus imperij faſcibus & inſignibus, ad chori valuas præſtolabantur, vtrumque exeuntis pompæ cingebant latus, ſuis armati ſatellitibus, donec ſuo ordine ſacrum ſubſequerẽtur corpus. A

Proceſſio publica.

Præeuntia enim vexilla & cruces, ſcholarium excipiebant agmina, quorum veſtigia premebant piæ ciuium ſodalitates, exinde integer Religioſorum exercitus, qui ſuis quique diſtributi ordinibus progrediebãtur. Hos proximè ſua ſigna ac ſtudioſorum turmas vrgebant Canonicorum Collegia, quibus inſiſtebat angelica puerorum facem ſacris pignoribus prælucentium cohors, quam ponè Illuſtriſſimi Principes, alijque viri Prælati ſacram Hierothecam ſtipantes, & tædarum geſtatione venerantes comitabantur. Inde magiſtratus ſeſe inſinuabat Colonienſis, cuius ordinem innumera hominum multitudo claudebat. B

Circuitus proceſſiõis

Cum ea pompâ ſacrati martyris pignus ex æde Metropolitana deducebatur per commentarienſis, ſeu, vt vulgo appellatur, Hachtæ portam verſus Diui Laurentij & Martis portã (vulgo Marporz) declinabaturq; ad locũ, qui in ponte (*ſeu* auff der Brucken *vulgo à Iulij Cæſaris aut potius Cõſtantini ponte*) nominatur (*vel quod iuxta veteris vrbis ſitum, hac in pontem iretur, qui porrigebat ſe ad Inſulã Scotorum olim, nunc S. Martini maioris nuncupatam, atque ad ſuburbium B.M.V. in Nothuiſſen, nunc Liſekirchen dictum deducebat*) inde modico flexu ad plateas quæ ab aureæ libræ, ac pinguis gallinæ inſignibus nomen obtinent, deſcenderunt. Denique ad portam flamineam (*vulgo* Pfaffen Pfort *ab emittendis Sacerdotibus vel à Paphia vt volunt Venere deriuato vocabulo, quam Clericorum portam iam anno 1222. Cæſarius lib. 6. de mirac. c. 5. vocat, ac proinde falſo* * *tradunt Chronica Col prius cœpiſſe anno 1261. ita vocari, idq; in Clericorum dedecus*) Colonienſem præteriere aulam, vnde in Metropolitanam ædem reuerterunt. Supplicationis tempore æra totius ciuitatis concrepuere, ac clerus lætis occinebat vocibus. C D

**Commenti vt puto, origo eſt ex pictura hiſtoria Romani. vide Luitprãdum Diac. lib. 3. c. 6.*

Reliqua de populi concurſu, tædigerorum numero, ornatu ædium, quas pompa prætergrediebatur, alijſque impẽſis & lætitiæ indicijs longiùs foret diſſere. Ea beneuolus Lector facilè ex Colonienſium zelo & magnificentia æſtimabit. Peracta ſupplicatione, ſacris ſolemniter operatus eſt Reuerendiſſimus Cyrenenſis, ſacro abſoluto populus & vniuerſa concio dimiſſi.

CAPVT

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A

## Caput Secundum.

### Paucis materiam formam & dimenſionem &c. nouæ & precioſæ tumbæ explicat.

*Non fuit tale opus in vniuerſis regnis.* 3. Reg. 10.

PRæclara in ſacris paginis celebrantur opera ac monumenta, inter quæ non immeritò ab omnibus numeratur arca ex precioſiſſimo ligno quàm artificioſe elaborata, quod atteſtantibus ſcripturis diuinis nec cariem ſentiebat, nec vllo corrumpebatur tempore. Viſendum quoque, quod Patri ſuo ac fratribus excitauerat Simon opus, commendant nobis Machabæorum libri his verbis:

*Typicæ legis Hierotheca & monumentum.*

B

*Et ædificauit Simon ſuper ſepulchrum Patris ſui & fratrum ſuorum ædificium altum viſu, lapide polito retro & ante; & ſtatuit ſeptem pyramides, vnam contra vnam patri & matri, & quatuor fratribus, & his circumpoſuit columnas magnas, & ſuper columnas arma ad memoriam æternam; & iuxta arma naues ſculptas, quæ videntur ab omnibus nauigantibus mare, hoc eſt ſepulchrum, quod fecit in Modin vſque in hunc diem.*

C

Attamen præclara hæc alioquin opera ſi in contentionem veniant cum S. Noſtri ENGELBERTI ſarcophago, ipſo multis nominibus oſtendent ſe eſſe inferiora. Nam arca populi Iſraelitici ex ligno, Simonis monumentum ex lapide erant conſtructa: Noſtri verò Sancti ENGELBERTI ſarcophagus ex puriſſimo argento, quod & ligno & lapidi anteſtat, eſt fabricatus. Quin ipſa arca non à ſacerdotibus, ſed Leuitis ſine vlla difficultate in ſolemnioribus pompis circumferebatur, noſtra vero S. ENGELBERTI Hierotheca, non à leuitis ſed ab octo Sacerdotibus (quos haud modicum fatigabat ſuccollantes) nuperrima in pompa ſuſtentabatur, nec minùs, quàm olim arca propitiatorij frequentantur S. ENGELBERTI exuuiæ, quas argentea tenet hierotheca concluſas, vt ex libro tertio hiſtoriæ S. ENGELBERTI plus quam eſt manifeſtum. ſed nunc breuiter vniuerſæ hierothecæ dimenſionem ſubijciamus. Ea ad quatuor in longitudine pedes protenditur. Singula in longitudine latera quinque Epiſcoporum ornantur ſtatuis, quarum ſingulæ ad altitudinem $\frac{4}{12}$. vnius pedis aſſurgunt. Pes autem in duodecim diuiditur partes æquales, vt paulo poſt explicabo. Inter ipſas quinque Epiſcoporum ſtatuas ad altitudinem $\frac{8}{24}$. vnius pedis, quatuor explicantur laminæ argenteæ,

*S. ENGELBERTI Hierotheca & monumentũ.*

*Materia S. hierothecę argentea.*

*Pōdus hierothecæ magnum.*

D

*Hierothecæ theſaur⁹.*

*Hierothecæ dimẽſio*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quarum ſingulæ geminis diſtinguuntur figuris. Ex his quatuor inferio-
res, hierothecæ baſi cõtiguæ, oualis & cõuexæ figuræ, vitã repræſentant A
S. Engelberti; Reliquæ quatuor ſuperiores operculo proximæ eiuſdẽ
cuius inferiores figuræ, ſed inclinatę, nõ erectæ S. Engelberti miracu-
la ſeu res ſupra naturam geſtas exhibent, prout 3. & 4. cap. explicabo. In
latitudinis, quæ eſt vnius pedis & medij, frontiſpicio exhibentur B. Pe-
tri Apoſtolorum Principis & B. Materni primi Colonienſium præſulis
ſtatuæ, quas inter, medium ponitur Chriſti Saluatoris ſimulachrum; a-
uerſam & vltimam latitudinis faciem ornat B. M. Virgo cum Magis
Euangelicis munera ϑεοτόχῳ deferentibus. Baſis eſt $\frac{5}{12}$. vnius pedis. Ar- B
cus operculi $\frac{8}{12}$. vnius pedis. Vt autem de huius dimenſione lectorem
inſtruam. Pes Colonienſis, quo in aſſignanda tumbæ menſurâ vſi ſu-
mus, in XII. æquales partes diſcernitur, quas vulgus Zoll vocat.

Huius pedis notitiam, quoniam his locis ferè nec alibi cognitus eſt,
ad pedem Romanum antiquum, nobis à Villalpando Soc Iesv ter-
tio Tomo in Ezechielem, exhibitum pag. 502. & 503. ex Capitolino
Congio Veſpaſianorum, reuocaui. Ex quo pariatio vtriuſque pedis ad
hunc ſe modum habere deprehenditur. Antiquus Romanus pes in di-
gitos omnino XVI. ceu pares portiones ſecatur. Horum digitorum qui-
ni, quaternis Colon. pedis partibus æquantur Vnde illud manifeſtò C
conſequitur; pedem Romanum vno digito, pedem Colonienſem exce-
dere; ſiue XV. digitos Romani pedis commenſurari toti ſeu XII. par-
tibus Colon. pedis. Quo animaduerſo, nõ erit difficile pedis Coloniẽſis
mẽſuras vel mihi, vel alijs ad notas mẽſuras reuocare, quibus Romanus
ille pes non fuerit ignotus, etiamſi Colonienſem ignorare contingat.

| Colon. | Rom. |
| --- | --- |
| 5. Zoll. vel $\frac{5}{12}$. pedis---------- | digiti 6. & grana duo prope. |
| 4. Zoll. vel $\frac{4}{12}$. pedis--------- | digiti 5. |
| 10. Zoll vel $\frac{10}{12}$. pedis----------- | digiti 12. grana 3. amplius. D |
| 8. Zoll. vel $\frac{8}{12}$. pedis---------- | digiti 10. |
| 18. Zoll. vel $1\frac{1}{2}$. pedis----- | digiti 22. & med. digitus ſiue pes Rom. vnus. & digiti. 6. cum dimid. |

Clauditur hierotheca gemino quaſi operculo arcuato, ad cuius quatuor angulos quatuor excubant Euangeliſtæ. Denique faſtigio duos inter genios venerabundè prouolutos, qui manibus Altenania ac Geldro-Naſſouica inſignia tenent, medius incumbit S. Engelbertvs quaſi

A quaſi humi afflictus parricidarum plagas excepturus? Quæ ſingula accuratius Cœlatoris exprimeret ſtylus, cui ea relinquimus, nos quæ Hiſtoricorum ſunt, proſequemur.

## Caput Tertium.

### Ex ſedecim tabulis circa hierothecam S. ENGELBERTI expreſſis priores octo explicat.

*Primæ tabulæ inſcriptio.*

B NASCITVR ANNO 1185.

*Saluabo gregem meum & non erit vltra in rapinam &c. Et ſuſcitabo ſuper eas paſtorem vnum, qui paſcat eas.* Iſaiæ 23.

HISTORIA.

ANNO Dominicæ incarnationis quinto ſupra milleſimum centeſimum octogeſimum S. ENGELBERTVS Archiepiſcopus Colonienſis S. R. I. Prorex princeps Elector & per Italiam Archicancellarius Weſtphaliæ & Angariæ Dux, Eccleſiaſticæ libertatis aſſertor &c. in lucem fuit editus matre Margaretha, Henrici Geldrienſium Comitis & C Seinardæ Brabantæ filia ac patre Engelberto montium & Altenæ Comite, qui inauſpicatum per id temporis cum Arnsbergenſi Comite gerebat bellum. *Hiſtor. S. Engelberti lib. 1 c. 2.*

Natiuitas S. ENGELB.

Hoc quoque anno Greuerodenſe coætaneum S. ENGELBERTO B. M. Virg. Monaſterium fuit excitatum in meditullio terræ Montenſis. *hiſt. S. Engelberti lib. 3. ad caput 54.*

Monaſteriũ in Greuerode Sãcto coætaneum.

*Secundæ Tabulæ inſcriptio.*

EPISCOPATVM MONASTERIENSEM RESPVIT PROPTER IVVENTVTEM.

D *Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* Heb. 5. 4.

HISTORIA.

ANno milleſimo ducenteſimo tertio, Hermanno è Cattimeloboco-rum gente Monaſterienſi in Weſtphalia Epiſcopo vita defuncto, S. ENGELBERTVS omnium poſtulatus ad infulam ſuffragijs; eo ſe onere & honore per ætatem expediuit; quod duodeuiginti annos natus ſe tanto muneri imparem omnino aſſeueraret. *Hiſtoria Sancti Engelberti cap. 3. lib. 1.*

Epiſcopatũ Monaſterienſem reſpuit.

 *Tertiæ*

*Tertiæ Tabulæ inſcriptio.*

## INAVGVRATVR ARCHIEPISCOPVS.

A

*Conſtituit eum Dominum domus ſuæ & principem omnis poſſeßionis ſuæ.* Pſ.104.21.

## HISTORIA.

Fit Archiepiſ.Colon.

ANno 1216.die 28.Februar. S. ENGELBERTVS annum egreſſus triceſimum,ad Colonienſis Eccleſiæ trium Archiepiſcoporum ſchiſmate grauiter quaſſatæ cathedram euectus, obtenta à Petro Cardinale S. Potentianæ confirmatione,Regalibus à Friderico Imperatore liberaliter fuit donatus.*Hiſt.S.Engelb cap.4.lib.1.*

B

*Quartæ Tabulæ inſcriptio.*

## HENRICVM REGEM ROMANORVM CORONAT.

*Dabit Imperium Regi ſuo & ſublimabit cornu Chriſti ſui* 1.Reg.2.

## HISTORIA.

Coronat Regē Romanum.

* Otto de S.Blaſio c.10.

ANno 1222. octauo Idus Maij. S.ENGELBERTVS Archiepiſcopus & Princeps Elector Colonienſis, Romani Imperij per Germaniam Prorex & Diœcetes,regijs inſignibus apud Aquas Graneas præſentibus totius Imperij Proceribus inaugurauit Henricum Siculum eius nominis ſeptimum,puerum decennem,Friderici Secundi filium, Henrici VI. nepotem.Friderici Barbaroſſæ ex Beatrice * Reginbaldi C.Burgundiæ filia,quam repudiata Adelheide Marchionis de Vohburch filia, duxerat,pronepotem,cuius ipſe S.Epiſcopus noſter curam gerebat. Siffridus verò lib.2.author eſt,Henricum Raſponem appellari,eſſeque Hermanni Thuringiæ Landtgrauij filium atque fratrem Conradi in ordine Teutonico Magiſtri Generalis, Hermanni in iuuentute anno 1215. defuncti atque Iſenaci apud patrem ſepulti; Germanum quoque Ludouici,qui Sanctam duxit Elizabetham Regis Hungariæ filiam. Sed errat, Nam ex omnium iſtius æui ſcriptorum maximè Godefridi ad ann.1220. 1222. ſententia, Henricus non Hermanni eſt filius,ſed Friderici II. cui per errorem idem Siffrid. geminos tantum tribuit filios, Conradum & Meinfredum. vt igitur de his plenius conſtet,ea ex probatis illius ſeculi authoribus ſubijciam. Fridericus ipſe matrem nactus Conſtantiam (vt plures oſtendunt Innocentij Pontificis literæ ad ipſam eiuſque filium datæ)filiam Rogerij Siciliæ Regis, ex Alberia coniuge progenitam : *Alexand. Abbas Cæleſtin. lib.3. ad Rogerium Regem.* Friderico vxor fuit Aragonum Regis filia,vt omnes ex epiſtola 51. Innocentij vnanimiter

C

D

contra

contra Bonfinium (qui eam Friderico I. nuptam exiſtimat) docent:
A diſcrepant tamen in nomine. Nam Trithem. *in Chro. Hirschau. ad an.* 1213.
Chronica Colonienſ. & P. Petauius Soc. Iesv nuper editus *in part. Diar.* 2. *lib.* 10 *c.* 1. vocant eam Mariam, quam antiquus Scriptor Hungarus apud Thomam Iordanum, *in annot. ad Dubrauium, lit. c.* Bzouius *ad ann.* 1222 Hieron. Blanca *in Geneal. Regum Aragon.* Raimundi & Sanctiæ filiam. Cuſpinianus *in Friderico II.* Ioannes Dubrauius Olomuzenſ. *li.* 14. *hiſt. Bohemiæ*, appellant Constantiam, prius Emerico, vel vt ait Innocentius. P. M. in epiſtolis, Almerico Belæ Regis Hungariæ filio nuptam, quæ ita Friderico à Pontifice deſponſata, vt ſi ante initum matrimo-
B nium Fridericus fato defungeretur, Siciliæ regnum ad Ferdinandum Conſtantiæ fratrem deuolueretur; Ex hac, Fridericus ſolum genuit Henricum, de quo hic agimus, nec Conradum; *Ita Fragmentum hiſt. ad an.* 1212. *Vrſperg* & quãuis Trithem. d. l. Paul. Lang. in Chron. an. 1210. cõtra ſentiãt. Alterã duxit Fridericus II. vxorẽ, Ioãnis Brẽni Regis Hieroſolymorũ filiã. *Vrſperg Frag. hiſt. ad an.* 1227. *Albert. Stad. ad ann.* 1225. quã *Cuſpin. Otto de S. Blaſ. c.* 51. *P. Turſellin.* &c. vocãt Iolen, & Iolandã. *At Paduanus mon. li.* 1. *Chro. an.* 1226. Iſabellã. Ex hac genuit Fridericus Conradũ, *Fragm. hiſt. Paduan. d. l.* quem Trithemius erroneè aſſerit prioris Mariæ, vt ipſe ap-
C pellat, filium, ſicut & huius poſterioris filium nuncupat Iordanum. Altera defuncta vxore tertiam duxit Fridericus ex Anglia. *Trithem. d. l. & Paralip. Vrſperg. ad annum* 1235. Mechtildem, *Trithem.* filiam Regis Angliæ *Trith ibid.* quam ipſius Regis ſororem vocant Paralip. Nuptias ait Trith. celebratas Wormatiæ, at Moguntiæ in menſe Auguſto, tradunt Paralip. Ex hac vxore procreati duo filij, Fridericus Rex Tuſciæ, Ericus Rex Longobardiæ & duæ filiæ, Agnes vxor Landgrauij Thuringiæ, Conſtantia vxor Ludouici Landgrauij Haſſiæ. ita Thrithem d. l. vbi addit ex concubina quoque illi natum Manfredum * Siciliæ Regem. * *Meinfredũ Siffrid.*
D Quod verò Albert. Stad. ad ann. 1212. tradit à Friderico II. ductam Philippi Sueui filiam, quæ nuptijs vix expletis fato conceſſerit, haud defendi poteſt, ſi anno 1202. cum Bzouio affirmes Friderico nuptam Conſtantiam & anno 1222. extinctam; niſi dixeris anno 1207. deſponſam quidem Conſtantiam, ſed ante annum 1212. ad 1213. non ductam. At Godefridus ad ann. 1212. Philippi Sueui filiam ab Ottone IV. Romanorum Rege Northuſij ductam tradit, quæ quarta à nuptijs die vitam exhalauerit. Reſpondebis Philippi primogenitam Ottoni copulatam, vt tradit Bzouius ad ann. 1208. n. 2. ex Innoc. epiſt. 161. & ſeq. & alteram

Fride-

Friderico Imper. matrimonio iunctam, iam refutaberis ex allatis circumſtantijs. Nam ijs accurate conſideratis Ottoni Imperat. eadem nupta videtur, quæ fertur à Friderico expetita. A

Henricus noſter vxorem duxit Agnetem filiam Lupoldi Ducis Auſtriæ, Vrſperg. Albert. Stad. ad ann. 1225. Sed hæc de Henrico dixiſſe ſufficiant.

*Quintæ Tabulæ inſcriptio.*

## OPERA MISERICORDIÆ S. ENGELBERTI.

*Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagosq; indue in domũ tuam &c.* Iſa. 58. 7. B

Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque cognatos tuos, neque fratres tuos, neque vicinos diuites, ne forte te & ipſi reinuitent, & fiat tibi retributio; ſed cum facis conuiuium, voca pauperes, &c. & beatus eris, quia non habent retribuere tibi &c.

Miſericordia S. Engelberti. PAuperculos ſacerdotes neglectis viris Nobilioribus frequenter menſæ ſuæ adhibitos, ſuis veſtibus induebat, omni hora viduis oppreſſis alijſque miſeris in ferenda ope paratus atque promptus erat. *Hiſtoriæ S. Engelberti lib. 1. c. 9. lib. 2. cap. 5.* Rei frumentariæ inopiam copioſa annonæ inuectione ex diœceſi Moguntina ſubleuabat. Pauperibus nil deeſſe patiebatur, *lib. 1. cap. 8.* C

Miſericordia S. Meinwer. Ita olim S. Meinwercus egenti Velauiæ & Teiſterbantio ſubminiſtrata ex Colonienſibus re frumentaria ſubuenit. Nam vt author mſcr. apud R P. Browerum c. 44. tradit, vna pars ex ipſius S. Meinwerci diſpoſitione ceſſit villicis, altera familiæ indigenti pro numero ipſius & multitudine, tertia in ſementem aſſeruabatur, quarta mendicis erogabatur.

*Sextæ Tabulæ inſcriptio.* D

## PRO LIBERTATE ECCLESIASTICA ET ROMANÆ ECCLESIÆ OBEDIENTIA MARTYRIzatur.

Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum &c. & quærunt animam meam vt auferant eam. *3. Reg. 19. 10.*

## HISTORIA.

Martyrizatus. SANCTVS ENGELBERTVS diuini Numinis voluntate Colonienſium ANTISTES, DECVS, VITA ac SALVS REIPVBLICÆ, mirè ab vniuerſis

A uerſis orbis Principibus ac Regibus cultus atque honoratus; ex inſidijs à Friderico Iſenburgico patruelis ipſius filio, acceptis 47. plagis grandioribus horrendum in modum 7. Idus Nouemb. ſaucius occubuit &c. *pag. 292. lib. 2. hiſt. S. Engelb. c. 7.*

*Errant igitur Chronica Colonienſia, quæ pridie Idus Nouemb.* id eſt, 12. *Nouemb. S. Engelbertum 27. vulneribus tradunt confoſſum.*

*Septimæ Tabulæ inſcriptio.*

IN COMITIIS REGALIBVS RELIQVIÆ EIVS PRÆSENTANTVR.

B *Et clamabunt voce magna, dicentes; vſquequò Domine Sanctus, & verus non iudicas & non vindicas ſanguinem noſtrum de his, qui habitant in terra.* Apoc. 6. 10.

HISTORIA.

CArnibus S. Martyris ſartagine, pro ſæculi iſtius more, ab oſſibus diuulſis, ſacra eius Lipſana comitijs Regalibus inferuntur, quæ clientes ſtrictis armati gladijs præcedebant. Quo ex ſpectaculo Principum præſentium atque vniuerſæ multitudinis animi, viſis S Martyris interula, diploide, ac pileo cruentatis in iuſtam necis vltionem accenſi, VINDICTAM ingeminabant. *hiſt. S. Engelb. lib. 2. c. 13.* Vindicatur

C

## Caput Quartum.

*In quo Tabulæ S. ENGelberti miracula repræſentantes, allatis capitulis hiſtoriæ comprobantur.*

*Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.* Pſal. 15. 10.

*Libera eum & non deſcendat in corruptionem.* Iob. 33. 27.

D Inſcriptio primæ Tabulæ.

Comes Arnsbergenſis poſt quatuordecim hebdomades inteſtina S. ENGELBERTI illæſa reperit. *hiſt. S. Engelberti lib. 3. c. 42.* Inteſtina illæſa.

Oſwaldus Britanniarum Rex, cum nihil, quod pauperibus erogaret, ex cibarijs haberet reliquum, argenteas ciborum ſcutellas comminuit, eaſque inter pauperes diuiſit; Quam Regis liberalitatem, vbi vidit Atdanus Lindisfarnenſium Epiſcopus, prædixit fore, vt manus tā liberalis haud vlla conficeretur vetuſtate aut temporis diuturnitate.

Et ecce multo poſt Regis obitum tempore ſola in tumulo manus integra fuit reperta, vti author eſt V. Beda hiſt. Anglic. lib 3. c. 6. Ita & S. ENGELBERTI viſcera ob ſingularem in pauperes miſericordiam exiſtimo illæſa permanſiſſe; vt quæ miſerationis neſcirent terminum, nec interitus ſcirent initium. A

*Signa apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos in omni pâtientia, in ſignis & prodigiis.* 2. Cor. 12.

Inſcriptio ſecundæ Tabulæ.

Nouem cœci: *hiſt. S. Engelberti lib. 3. cap.* 11. 14. 15. 19. 34. 47. 54. 55. 61. 77. B
Quatuor Surdi. *hiſt. S. Engelb. lib. 3. cap.* 22. 23. 34. 63. 67 Duo muti curãtur. *hiſt. S. Engelb. lib 3. cap.* 21. 23. 52. Nouendecim morbidi ſanantur. *hiſt. S. Engelberti lib. 3. cap.* 3. 8. 18. 19. 20. 25. 26. 29. 30. 35. 37. 40. 45. 49. 53. 57. 58. 59. 60. 62. 64. 65. 69 70. 72. 73. 74.

Inſcriptio tertiæ Tabulæ.

Vndecim Claudi. *hiſt S. Engelberti lib. 2. cap.* 8. *& lib. 3. cap.* 8. 25. 28. 46 51. 56. 60. 62. 68. 71. 75. Octo contracti reſtituuntur. *lib. 3. hiſtor. S. Engelberti cap.* 2. 7. 9. 27. 30. 36. 64. 66. 68.

Inſcriptio quartæ Tabulæ. C

A febribus quinque. *l. 3. hiſt. S. Engelb. ca.* 4. 5. 24 38. 39. 48. *& vide plures, in ſecunda miraculorum Tabula paragrapho de morbidis.* Vnus calculo, *lib. 3 hiſtor. S. Engelberti cap.* 43. Hydrope alius liberatur, *hiſt. S. Engelberti lib. 3. c.* 50.

Inſcriptio quintæ Tabulæ.

Puerulus aqua ſuffocatus reuiuiſcit. *hiſt. S. Engelberti lib. 3. cap.* 41.

Inſcriptio ſextæ Tabulæ.

Parturientibus, *lib. 3. hiſt. S. Engelberti cap.* 10. Paralyticis, *li. 3. hiſt. S. Engelberti cap.* 1. 6. 13. 17. 23. 32. 36. 44. 46. 56. 66. 76. Comitiali morbo medetur, *hiſt. S. Engelberti lib 3. cap.* 12. 33. D

Inſcriptio ſeptimæ Tabulæ.

Miraculoſis luminibus Sanctus declaratur. *hiſtor. S. Engelberti lib. 3. cap.* 51. 77.

Inſcriptio octauæ Tabulæ.

Viris religioſis eius gloria reuelatur. *lib. 2. hiſt. S. Engelberti cap.* 8. 10. *lib. 3. cap.* 24. 56.

Caput

## Caput Quintum.

A

Agit de duodecim Patriarchis Colonienſibus Hierothecam Agrippinenſem nouam circumſtantibus.

*Hæc in dedicatione altaris oblata ſunt à Principibus Iſrael, in die qua conſecratum eſt: acetabula argentea duodecim, phyalæ argenteæ duodecim, mortariola aurea duodecim.* Num. 7.

B

I Lapis S. MATERNVS Iaſpis.

*Claruit Tra-*
*iano & A-*
Primus Agrippinum Maternus ouile gubernat
A Petro Tungris Treuericiſq; datus. *ex VVilh. Salsmanno. driano Impp.*

C



*Diœceſis Colonienſis, vtpote inter cæteras anno Chriſti*
*nobilioris, inſignia, colore nigræ crucis ad co-* 97.
*lorem Imperialis aquilæ propius accedunt.* S. Matern.
Caſſanæus de gloria mundi, parte 1. à Chriſto
concl. 56. reſuſcita-
S. Maternvs primus Colonien- tur.
ſium Antiſtes, viduæ Euangelicæ In Germa-
filius (quem Chriſtus Saluator noſter niã mitti-
à mortuis ſuſcitauit, *Lucæ 7. P. Caniſius* tur.
*in Martyrol.*) à Beato Petro, cui ſedulas * *Hariger. in*
aures dederat, circa annum Domini *S. Materno c.*

D

54. Claudij ann. 12. Epiſcopatus Petri *Chapiauill.*
octauum, *vt tradit Marian. Scot. lib. 2. to. 1. Epiſ. c. 5.*
*Chron.* vel circa ann. Dom. 97. vt no-
tat D. Cuthſemius *in refutat. Caluinian. Beda V ſuard.*
*exam.* Subdiaconus vna cum Eucha- *Ado in ſuis*
rio Pontifice * ac Valerio Diacono * *Martyrolog.*
ad erudiendas in fidei virtute gentes *Greg. Turon.*
Germaniæ tranſalpinas ablegatus, cũ *in vitis SS.*
eſſet ex febre extinctus in itinere cõ- *Patrum.*

*Mortuus à S. Petro reſuſcitatus. * Hariger. Cæſ. lib. 8. de mir. c. 78. At Friſing. l. 3 Chron. 15. vult 33. die à ſepultura excitatum.*

tracta prope Seleſtadiū, (*vt tradit D. VVilmius*) *ſeu vt ſcribit Harig. c. 6. in Elegia caſtello* (*qui vicus eſt grandis Galliæ, Argentinenſis Diœceſis, & locus in Elizatio pago, vti in hoc loco in margine codicis aureæ vallis notatum reperit Chapiaville in annot. haud dubiè ab ipſo Aegidio Codicis authore aſcriptū*) quadrageſimo poſt obitū * die, pedi ſeu baculi, quē Valerio & Euchario Romam reuerſis ipſe S. Petrus dederat, (*Friſing. l. 3.*) *Chron.* 15. contactu fuit vitæ redonatus; *vt præter Harigerum & Anſelmum teſtatur etiā VVilhelmus Eiſſengreinius, & nomine, non re Beatus Rhenanus & Munſterus.* Quo miraculo plerique gentilium moti, vitam, quæ Chriſtus eſt, recepere. In cuius prodigij memoriam etiamnum cōſeruat Coloniēſis Eccleſia partē ſuperiorem S. Petri baculi ex piſcis, B quē Caballū vocāt marinū, oſſe, vt cōijcio globi inſtar detornati, argentoq; incluſi, ima parte Egberto Treuirenſi à Warino Colon. Archiepiſcopo donata. * Quod ipſum quoq; teſtantur Eccleſiæ libri rituales, dū ſtatuunt, vt haud vſquam Summus Pontifex pedo manibus comprehenſo, populum benedictione impertiatur, niſi in diœceſi verſetur Colonienſi; quod & diuturnus vſus comprobauit.

*Baculus S. Petri Coloniæ. * Chron. Col.*

*S. Matern. fidem à B. Creſcente plantatam excolit.*

Coloniā vbi attigit S. MATERNVS ipſos ciues in fide, quā à S. Creſcēte B. Petri diſcipulo acceperāt, vti docet Rupert. Tuitiēſis, (*licet etiā Miræus ad 14. Sept. ex Molan. Baronio & antiquiſſimis, Treuirēſis, Coloniēſis & Tūgrēſis Eccleſiarū monumentis, velit Euchariū & Valeriū Colonienſiū quoque fuiſſe Apoſtolos*) cōfirmauit, Coloniēſis teſtatur Eccleſia in ſuis officijs Eccleſ. vbi ita canit. C

Poſtquam fidem ſuſcepiſti ciuitas prænobilis,
Recidiua non fuiſti, ſed in fide ſtabilis &c.

*Vide P. Serrarij Moguntiā, Rupertū Tuitienſē, Steinvvichiū &c. A S. Valerio Treuir. Epiſcopo inauguratus fuit ſacerdotio S. Præſul anno 90. 8. vel 9. Kal Feb. qui erat V. ante S. Valerij obitum dies, qui 4. Kal. Febr. fuit extinctus.* * *Poſt obitum verò S. Valerij S.* MATERNVS *Epiſcopali fuit auctus dignitate.* †

**Harig. c. 12. † c. 13.*

*S. Semetr. Salmenſis ad vitā reuocatus. * al. Comitē.*

S. hic Præſul Simetrium infantem è Salmenſium familiâ Regulum, D in verum reſurrectionis Ieſu Chriſti teſtimonium ad vitam reuocauit. Quo miraculo commota ipſius mater Albana ſuſcepto baptiſmate, ſe Chriſtianorum cœtui adiunxit: ipſe Simetrius poſtea Romam profectus in titulo ſeu monumento, quod Pius papa conſtruxerat, apud S. Praxedem cum latitaret, diuinaque celebraret myſteria, ab Antonino Auguſto cum duobus & viginti viris gladio percuſſus, martyrij; laurea eſt coronatus. Corpora ipſorum B. Praxedis collecta humo mandauit.

** Papolemus.*

Denique B. Babolenus * Malmundarienſis Abbas S. Remacli ſucceſſor Romā profectus, inde obtenta ipſorū Corpora Stabuletum retulit atq; in Ladernaco præcipuâ ſui monaſterij villa collocauit: *ita manuſc. Codices*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*plures Stabulenſium & Ladernac itemq́; Genealogia mſcr. & charta archiuorum a-*
A *pud Illuſtriſsimum & Excellentiſsimum Dominum VVilhelmum Salentinum , Co-*
*mitem in Salm & Rifferſcheidt* &cæt. *Chapiauill. in annotat. ad Harigerum in S.*
Materno c. 4. Quamuis Hariger. c. 9. & filium Albanæ tradat à S. Eu-
chario reſuſcitatũ, & matrẽ Albanam ab ipſo quoque fuiſſe conuerſam.

Sedulitas S. Materni in prædicando.

Sed vt ad S. noſtrum Maternvm reuertamur, non deerat ipſe muneri
ſuo; obibat interdiu noctuq; oppida & villas, eorum vt incolas Chriſto
pareret. In deſcenſu Moſellæ ac Rheni , ſparſo verbi diuini ſemine
in caſtellis & villis , dominos eorum Chriſto lucrifecit, quos inter emi-
nebat, qui Bonnenſibus præerat Dominus. Tandem Coloniam perue-

Fructus prædicationis.

B nit, vbi dictione ſua effecit, vt in porta Martis iuxta Capitoliũ Agrippi-
nenſe ipſius Martis idolum deſtrueretur, *ita Harigerus*. Plures deinde in
diœceſi Colonienſi excitauit Eccleſias, in ipſa vrbe Colonienſi duas,
quarum altera in honorem D. N. Ieſu Chriſti & B. M. Virginis conſe-
crata, nunc S. Cæciliæ appellatur, altera honori *S.* Petri dedicata, oratui
ſuo, cui propenſe addictus erat, deſeruiebat, & nunc *SS.* Victoris & Ma-
thiæ, ſeu ſumma Maiorum noſtrorum ædes nuncupatur. *Harigerus.* Quo-
tannis vno eodemq; paſchali die, vt teſtatur Hariger. c. 14. tribus in Ec-
cleſijs, nimirum Treuerenſi , Colonienſi & Tungrenſi, miro angeli du-

Templa exſtructa.

Mirabilis translatio S. Materni.

C ctu rem diuinam peragebat. Chronica mſc. quæ ſub nomine Ægidij ſeu
fratrum aureæ vallis circumferuntur , dicunt Natalitijs id ferijs conti-
giſſe, vt tradit *Chapiavil. ib. in annot.* ita & habent archiua *S.* Cæciliæ. Forte
vtroque contigerit tempore. Floruit ſub Rom. Imperatoribus Domitia-
no, Nerua, Traiano, quem dum Coloniæ legionum ageret Legatum, vi-
dere potuit Auguſtum à Nerua renunciatum.

Quo tẽpore floruerit

Senio cõfectus à BB. Euchario & Valerio ſibi apparentibus ad perci-
piendam tum vitæ coronam, tum laboris exantlati præmium, fuit euo-
catus; ſacriſque initio refectus epulis animam ſanctam 18. Kal. Octob.
Anno Chriſti 130 poſtquam 40. annos Eccleſiæ Colonienſ. præfuiſſet
D Coloniæ exhalauit, ita *Harig.* Abbas Lobienſ. qui vixit circa an. 990 c. 14
& 16. licet Marianus Scotus & D. Cuthſem. fatalẽ, ex alia æra, eius ſtatuãt
annũ 128. velintq; 20. ipſum pręfuiſſe annis. De ipſius corpore retinẽdo
tres cum certarent Eccleſiæ iam nominatæ, tandem lis omnis ita cuiuſ-
dam ſenioris presbyteri, in quiete comparentis, ſuaſu ſopita fuit, vt ſi na-
uis S. Materni exuuias deuectura conſiſteret, Colonienſibus cederẽt
exuuiæ, ſin ſecundo Rheni flumine deſcenderet nauis; Tungrenſibus;
Sin verò aduerſo ferretur flumine; Treuerẽſibus concederentur. Ex ac-

Moritur.

Lis pro ſacro cadauere.

cepta conditione impoſitum mox nauiculæ S. MATERNI cadauer, aduerſo ſanè flumine, ſtupentibus omnibus, fuit delatum, vnde Treuerenſibus fuit adiudicatum. *Ita antiquiſſimus manuſcriptus Archiui S. Cæciliæ.* A In eo tamen loco, vbi nauicula ſuum ſtitit curſum, ipſius S. MATERNI humata ſunt inteſtina, quæ Colonienſes perpetuo honorarunt monumento. Illic enim in iſtius rei memoriam ſacellum excitarũt vulgo * Rudenkirchen quaſi Ruhen & Rewenkirchen, id eſt, quietis aut doloris Eccleſiam nuncupatam, vt habet *traditio Eccleſiarum & ſacrarium Agrippinæ.*

Nauis ſpõte aduersũ flumen nauigat.

* Rudenkirchen.

B

## II. Lapis S. SEVERINVS Sapphirus

Claruit ſub Theodoſio magno, Gratiano & Valentiniano Arcadio & Honorio Impp. obijt anno Chriſti 400.

Sacra SEVERINVS læſis reſtaurat in aris,
Et Martini animam cernit adire polum. *ex VVilhel. Salsm.*

*Hæc inſignia S. SEVERINO in ſua baſilica paſſim appinguntur.* C



S. SEVERINVS Nobili Aquitanorum Burdegalæ proſapia oriũdus, (de cuius electione agitur in appendice concilij Agrippinenſis habiti, poſt conſulatum Amantij & Albini, anno Domini 346. ſecundùm veriorem Baronij ſupputationem. *Chapiauill. lib. 1. Epiſc. Leod cap. 26. n. 6. in annotat.*) acerrimus fidei Catholicæ aſſertor tempore Arrianæ perfidiæ quam non ſolum è ſua diœceſi proſcriptam, ſed Burdegala quoque & in Belgio alibi, potiſſimum Tungris confutatam plurimùm labefactauit, D



Euphra-

Euphrata Epiſcopo apoſtata iam ſua ſede pulſo, diutiſſime Colonien- Baſilicã æ-
A ſem rexit Eccleſiam. Inter alia pietatis opera, quibus plurimum enituit, dificat.
inſignem baſilicam in honorem Dei & Sanctorum martyrum Cornelij
& Cypriani circa annum Domini 379. hodie à ſacris ipſius exuuijs S. Anima S.
Seuerini nuncupatam, exædificauit. Hic Coloniæ loca ſancta ex more Martini.
cum Archidiacono ſuo obiens, melodiam Sanctorum Angelorum S. *Caſ li. 1. mi-*
Martini ſub Cæſario & Attico Coſſ. anno Domini 397. defuncti, (vt te- *rac. c. 40.*
ſtatur Gregor. Turon. lib. 1. mirac. S. Martin. c. 4. Chapiav. l. 1.) animam
in cœlos ſummo cum triumpho deducentium audiuit; quam vt eius
B quoque Archidiaconus Euergislus audiret, ſuis impetrauit meritis.
Quod verò adhuc tempore obitus S. Martini ſuperſtes fuerit, docet id
Gregor. Turon. li. 1. mirac. S. Martini c. 4. Tandem meritorum diues &
ſenio grauis cum iam quinquaginta duobus annis ſumma cum laude
ſuam Eccleſiam Colonienſem adminiſtraſſet, imminente corporis ſui
diſſolutione Burdegalam anhelans, in Galliam profectus eſt, quo cum
perueniſſet, S. Amandus Epiſcopus Burdegalenſis Angelica voce præ- S. Amãdus.
monitus S. SEVERINVM, quem ante non viderat, proprio nomine ſalu-
tatum humaniſſimè excepit, *vt teſtis eſt Vſuardus*, atque hic Burdegalæ re-
licto corporis ſui ergaſtulo ſpiritum reddidit Domino, à quo ipſum
C hauſerat, eodem quo in cœlos migrauit S. Martinus anno, aut vt vo- Trãſlatio
lunt alij anno 400. Ab illius obitu Colonienſes triennali ſiccitate re- S. Seuerini
rum omnium ad tranſigendam vitã neceſſariarum inopia preſſi, patroni
ſui abſentis cœperunt deſiderio accendi; miſſis igitur Burdegalam lega-
tis orant, exorantque à Burdegalenſibus S. NOSTRI corporis reliquias,
quas ingenti cum gaudio Coloniam translatas ſtatim ſibi ſenſere per-
quam vtiles, impetrata enim pluuia mox omnis agri Colonienſis ſteri-
litas ſubmota quam magna ſubſecuta eſt Cereris vbertas.

Tanti ſibi à Patrono collati beneficij haud ingrati ciues Colonien- Colonien-
ſes; qualibet ſingularum hebdomadum feria ſecunda, conuentu in S. ſes S. Seue-
D SEVERINI inſtituto, Beato Præſuli ſupplicant, eique pro acceptis bene- rinum ho-
ficijs gratias agunt, qui mos à Maioribus noſtris, non ſolum ab Herman- norant.
no, alijſque Archiepiſcopis vſurpatus ad hæc vſque noſtra tempora
perſeuerat, ſed etiam exemplo B. Leonis III. Papæ Paderbornam ad Ca- B. Leo PP.
rolum M. proficiſcentis, fuit comprobatus. Rogantibus comitibus ſuis
cauſam cur illic in Eccleſia oraret, Pontifex reſpondit; loci huius deſen-
ſor domi eſt, ideo non ſum auſus illum præterire inſalulatum, contigit
hoc anno 799.

Eſt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pęna ſacrilegorum.

Eſt & illud memoria dignum, quod anno 882. incenſa tota ciuitate Colonienſi Normanni (quos inter non minimi fuere Dani) nequiue- A
rint S. SEVERINI Eccleſiam inflammare: vindicem enim experti manum ſubita morte extinguebantur. Vnde illius quoque ædis Dominum perhibebant eſſe iratum. Atque ita ab eius vicinitate alio ſeſe transferebant, *vt videre eſt apud Surium in ipſius vita.*

Translationem Burdegala Coloniam celebrant Colonienſes tertio Nonas Octobris, vt P. Caniſius notat itemque mſc. Vſuardus Coloniæ auctus, qui ſubijcit, translationem illam Angelorum admonitione cœptam atque à Deo qui ſemper eſt glorioſus in Sanctis ſuis, nouis miracu- B
lis fuiſſe decoratam. Huius ſanctiſſimi præſulis Hierothecæ, hi ſunt inſcripti verſus.

Præſul præſentis Hermannus tertius vrbis
Res Patronorum cupiens augere ſuorum,
Oſſa SEVERINI capſa prius indita vili,
Splēdidiore domo gemmis incluſit & auro,
Quem pro peccatis iuuet huius gratia patris C
Cōpenſans votū ſimul hoc laudabile domū.

Plura de S. SEVERINO. Vide apud Fortunatum, cuius meminit Gregorius Turonenſ. de glor. Confeſſ. cap. 45: Acta Euergisli ipſius Diaconi, Epiſcopi ſucceſſoris apud Sur. tom. 5. die 24. Octobr. & vitam S. Annonis, Sigebert. in Chron. ad ann. 399.

D

III. Lapis S. EVERGISLVS Chalcedonius.

*Claruit Honorio & Valentiniano Impp. anno* 400.

Ornat EVERGISLVM cum vittis laurea fuſi
Sanguinis, ad Tungros fata ſubitque ſuos.

*ex VVilh. Salsmanno.*

S. EVER-

A



B

C

S.Evergiſlo *in tumba ſua & baſilica S. Cæciliæ appingitur purpureum ſcutum & inſignia diœceſis Colonienſis vti hic repræſento.*

S.Euergiſl' Tũngrẽſis.

S.Evergiſlvs *nobili apud Tungros loco natus S. Seuerini Colonienſium Antiſtitis, conuerſioni Arianorum & gentilium ſaluti Tungris intenti lateribus adhęrebat, à quo, Coloniam comitatus, & literarum ſtudijs & bonis moribus puer adhuc fuit excultus, ita vt ſingulari ipſius vitæ exemplo intima virtutum adita penetrans in virum ſanctum & perfectum euaderet, ac non ſolum Magiſtro ſuo, ſed & eiuſdem infula dignus conſona omnium voce cenſeretur, licet inuitus eam admitteret; hic ephœbus adhuc ſtudioſe otium velut omnium malorum ſeminarium euitabat. Epiſcopali auctus dignitate, vbi cum capitis conflictaretur doloribus, eos puluiſculo ad Diuorum Gereonis ac ſociorum eius martyrum tumulos collecto capitique inſperſo mitigauit atque abſterſit. Volupe illi erat Pſalmorum penſum ad SS. Martyrum ſoluere monumenta; aliquando enim ibidem ipſarum ſacrarum intelligentiarum agmina ſibi occinentia & reſpondentia audie-
D bat. Coloniam quam, vt olim Auguſtus Romam, lateritiam inuenit, non ſolum marmoream, ſed omnium ſermone auream effecit, Tungrenſem ſuam ciuitatem & patriam effuſo ſanguine purpurauit. nam eo profectus exemplo ſui Anteceſſoris Arianiſmi extirpandi gratia, noctu Eccleſias viſitans, à latronibus obrutus, innocens occiditur in loco, qui adhuc *teſte Molano* ob rei atrocitatem dicitur execrationis locus, ſeu die Grewelſteig. Vnde antiqui cecinere;

*Hic Tungris natus, martyr fuit & tumulatus.*

Sedit in Epiſcopatu ab anno 400. vſque ad annum 430. aut ſummum vſque

* *al. Ebregiſus ſeu Ebregiſilus.*

S. Seuerini diſcipulus & ſucceſſor

Pulueres locorũ ſacrorũ dolores capitis leniunt.

In Pſalmorum recitatiõe angeli præſentes.

S. Euergiſlus occiditur.

Coloniam transfertus

vſque ad annum 440. *vt teſtis eſt Bucherius*. Poſt quingentos vero ab obitu ipſius annos, tempore Ottonis I. cum Pariſijs Tungros B. Bruno profectus, ſuum Coloniam adornaret iter, hac eum occaſione ſecum Coloniam tranſvexit; apparebat B. Brunoni ſecundum quietem S. Euergislus, illique altare, in quo ſacræ ipſius corporis aſſeruarentur reliquiæ indigitabat; his eum affatus verbis: *Illumina lucernam meam, illumina tenebras meas*: quæ verba Volcmarus, qui à confeſſionibus erat B. Brunoni, illiuſque tandem in cathedra ſucceſſor interpretaturus, *oportet*, inquiebat S. EVERGISLVM *propria reuiſere*. Quare ex loco ſibi monſtrato ſancti Epiſcopi corpus Coloniam auectum, atque ad S. Cæciliæ tumulatum in precioſa recondidit Præſul capſa (quæ nunc S. Paulini Leuitæ ac Martyris complectitur Lipſana) translatis S. EVERGISLI reliquijs in Hierothecam præſtantiorem, vetuſtior tamen S. EVERGISLI tumba rem geſtam enumerat his verbis.

A B

*Ex mſcr. vita & verbis in hierotheca expreſſis.*

Hierotheca S. Euergisli.

Cœlica vox pandit vigilantibus his quia ſcandit
Poſt vitæ curſum Martinus in æthere ſurſum.
Hunc perimit mucro ſpe lucri ſed ſine lucro
.......fronde leui velant hi fraude coeui,
Agrippinenſis Præſul Bruno ſacer enſis, C
Iuris Tungrorum petit vrbem more priorum,
In ſomnis Chriſti manifeſtat ſe pugil iſti,
S. Cæcilia dat fons, Hunc Bruno Sophiæ
Laudibus huic crebris occurrit pompa celebris
Clerus humat ſanctum, Tungris dans pro patre plan-
(ctum.

D

*Claruit ſub Dagoberto I. Rege Fräcorum & Sigeberto Auſtraſioru obijt anno Chriſti 652.*

IV. Lapis S. CVNIBERTVS Smaragdus.

Rex Dagobertus erat, Cunibertus Præſul ab illo
Magni Suſatum muneris inſtar habet.

*ex VVilhel. Salsmanno.*

A



*Iſta inſignia S.*CVNIBERTO *in ſua baſilica paſſim appinguntur, quamuis alij credant ipſi potius conuenire Leonem, vti Palatini, Moſellani geſſerunt, quorum poſteri floruerunt tempore S.Henrici ſecundi, & Kunegundis.*

B



C

S.Cunibertus illuſtris.

SAnctum CVNIBERTVM illuſtribus parentibus Crallone ac Regina ad Moſellam Ducibus ortum, partis virtutum decoris multò illuſtriorem fore ex cœleſti flamma caput pueri adhuc Ephebi Regij lambente, Dagobertus Rex præſenſit, ab ipſo Rege Dagoberto in filium cooptatus; Dein ab Eccleſia Colonienſi, ſub ann. 614. archiflamen conſtitutus, Sigeberto Auſtraſiæ Regi creato & Dagoberti Regis filio præſtitutus, vna cum Adagiſilo palatij rectore curator. (*Aimoin. lib. 4. c. 26.*) Eccleſiaſticam valde auxit dignitatem. Delatos bonis auibus S.CVNIBERTO Epiſcopales honores cœlitus oſtenſum eſt; cum ipſius beatiſſimi Præſulis in antiquiſſimæ Britannarum Virginum iuxta S.Vrſulæ tumulum baſilica celebrantis capiti, columbæ inſtar ſanctus inſederit ſpiritus, & beatæ Archiducis Vrſulæ ſacra lipſana oſtenderit: In cuius rei memoriam ſingulis maioribus vetuſtiſſimæ S.CVNIBERTI ſepulchri hierothecæ eminentibus gemmis deaurata impoſita eſt columba.

Ephebus Regius.

Adoptatus

Præſul Colonienſis.

*Miræi faſti Belgici 21. Febr.*

Columba inſidens S. Cuniberto ſanctus

Reuelatio *S.*Vrſulæ.

D Primus eſt vt auguror, ex Colonienſibus Præſulibus, qui Eccleſiaſtico ſuo pedo ius gladij ex paterna ſua hæreditate ſibi competentis iunxerit, quod Beatus deinde Bruno Ducatus adiectione amplificauit. Dudum etiam ante B Brunonis tempora ab ipſis Eccleſiaſticis Antiſtibus, Regum & Imperatorum palatia gubernabantur, vt eapropter palatij cuſtodes & Capellarij nominarētur (Capellariatus autem olim nuncupatus, hodie videtur fermè idem eſſe quod Archicancellariatus, antiquioribus ſæculis ijdem apocryſarij appellabantur) idque à temporibus

Ius gladij dat Colonienſibus.

Quando Præſules exaltati.

*Baronius anno 314.*

*Conſtantini Flauij Auguſti, qui primus Epiſcopos ad ſupremum dignitatis gradum euectos, perpetuo ſuo edicto non Præſidi tantum, verum & Præfecto Prætorio (cuius proxima à Cæſare dignitas erat) antepoſuit; A
Proconſulum quoque & magiſtratuum faſces illorum clauibus ſubmiſit. Ita quoque poſterioribus temporibus poteſtate ſæculari eminuit, qui Caroli Magni rexit aulam, Hildeboldus Archiepiſcopus Colonienſis, vti olim Sanctus noſter CVNIBERTVS, qui tripartitæ præfectus Galliæ & primus ſæcularibus Eccleſiam (maximè ſponſam ſuam Colonienſem) auxit honoribus, ac præſertim Suſatienſis * oppidi dominatu, aliorumque ex Dagoberti munificentia paternaque hæreditate prædiorum acceſſione. B
Erat S. CVNIBERTVS in auxilio emortuorum manibus ferendo pientiſſimus, qua de cauſa perpetuis ditatum eleemoſynis hoſpitale duodecim inſtituit fratrum, qui etiamnum **Schreibrüder**, id eſt lugentes appellantur fratres, quibus illud eſt officij, vt Epiſcoporum cadauera donec humo mandarentur religioſis munirent vigilijs, feretro ſex talentorum * candelam apponerent, Dominicis eſurialibuſque quadragenarijs diebus in defunctorum ſubſidium, diuinis in monaſterio B. Petri intereſſent ſacrificijs. Quæ cura Metropolitano Capellario ab ipſo CVNIBERTO eſt demandata. Idem B. CVNIBERTVS propenſiorem ſuã erga Eccleſias voluntatem aliquot poſt obitum ſæculis voluit adhuc C
conteſtatam: Euergerus enim Archiepiſcopus Colonienſis (*de quo etiam in vita B. Gereonis*) cum ſancti CVNIBERTI Baſilicam quibuſdam ſpoliaſſet prædijs, graui ſub ann. Chriſti 999. mulctatus fuit ſupplicio; eiectis enim ipſe mox ſuis velut alter Arrius viſceribus infœlicem animam exhalauit. Viuum Præſulem haud ignitis vnquam cupidinum arſiſſe facibus, miraculo comprobatum exiſtimant omnes, quod Sigewini Archiepiſcopi ætate, ſacræ ipſius corporis exuuiæ ignem, quem iam corripuerant Metropolitana & ad gradus B. Mariæ Baſilicæ, ſola ſua præſentia quam celerrimè extinxerint, adeò libidinis exoſæ ignes, vt ne nominis D
quidem ferrent ſimilitudinem. Præfuit Epiſcopatui probabiliter ab anno Domini 614. vſque ad annum 654. *Ex vita apud Surium & ex archiuis.* Inſcriptiones Hierothecæ ordine ſubijciam.

** hiſt. S Engelb. li. 2. c. 2. pag. 131.*

Fundatio fratrum lugentiũ **der Schreibrüder.**

**fortè pondo.*

Pœna grauantium Eccleſias.

Caſtitas S. Cuniberti.

Hierotheca S. Cuniberti.

*Prima inſcriptio precioſa hierothecæ, qua corpus S. Cuniberti continetur in baſilica à S. Cuniberto ædificata, olim S. Clementis nunc S. Cuniberti nuncupata.*

Pax vrbi patriæque ſalus prece ſtat Patris huius
Nec minor eſt Clemens diuino pneumate pollens.

*Alia eiuſdem hierothecæ inſcriptio.*

Petrus Agrippinæ decus eſt & gloria Romæ

Plu-

Plurima dona pio CVNIBERTO dat Dagobertus.

*Cœlatura in calice S. CVNIBERTI.*

A Hunc CVNIBERTVS Epiſcopus calicem Chriſti ſanguine copſi.

*In pede calicis haud recentiori ſculptura inciſum.*

Hinc redit lætus febri vel ardoribus correptus.

*Ex qua inſcriptione patet acutis febribus correptos, fuiſſe ſanitati ſuæ reſtitutos, ſi ex ipſo biberint poculo.*

B V. Lapis S. AGILOLPHVS Sardonix.

Primus Pontificum eſt princeps Agilolphus, & Archon,
Iuſtitiæ vindex, pro pietate cadit. *ex VVilh. Salsm.*

*Claruit ſub Pipino Duce Auſtraſioru͂ occiſus ann. 748. 8. Idus Iulij.*

C 

*B. Agilolpho tribuuntur inſignia Malmundarij.*

S. Agilolphus vir nobilis.

D 

S. AGILOLPHVS qui Pipini & Caroli Martelli Franciam adminiſtrantium ætate floruit, ex nobili proſeminatus fuit ſtirpe, angelicos Angelini Malmundarienſis Abbatis mores & pietatem, quam à teneris imbiberat vnguiculis, Religioſorum etiam magiſter creatus atque archimandrita retinuit conſtantiſſimeq; ſeruauit; Colonienſium dein Antiſtes, & primus authoritate & literis Zachariæ Pontificis Archiepiſcopus deſignatus circa ann. 745.

Abbas Malmundarienſis.

I. Archiepiſcopus Colonienſis.

Suo ſedulus inuigilauit gregi, & lacteos illi pietatis riuulos inſtillauit.

Collega S. Swiberti.

*NB. editio Marcellini p. Cincinnium variat dicēdo nunc Agilolphum nunc Annonē ablegatum.*

Vnde Anno Chriſti 714. præſulatus ſui primo aut ad ſummum ſecundo; à Plectrude illuſtri Lotharingiæ ſiue Auſtraſiorum Duce, Coloniæ cō- A morante, ipſe S. Præſul cum B. Swiberto & altero ipſius Swiberti diſcipulo Theoderico, relicto altero ad ipſius Plectrudis efflagitatum Coloniæ diſcipulo Willeico Euāgelico ſacerdote, miſſus ad Pipinum Heriſtallum, Maiorem domus Franciæ, qui Ioppiliæ haud procul Leodio, lethali detentus morbo, vehementer animo diſcruciabatur ob necē Lamberti Tungrorū Epiſcopi; quē ante annos ſedecim internecioni dederat, quod ipſum ab illegitimo cū Alpaide matrimonio, ex quo Carolus prodijt Martellus, conatus fuiſſet reuocare. Legationis vero ſuæ munera vt B expleret Sanctus Præſul, initio Pipinū ad morbi excitauit tolerantiā, atque ſapientiſſimū diuini numinis conſiliū in dirigendis hominū animis propoſuit, quo aduerſitate preſſos ad ſe retrahere ſoleat: inde de illegitimo ipſum monere cœpit matrimonio: verum ab indignabundo repulsā paſſus, nihil eorū effecit, propter quæ maximè à Plectrude fuerat amandatus; miſſus enim erat, vt Pipinus parens non præteritis aut exhæredatis ſuis legitimis filijs Drogone Cāpaniæ Duce, Grimoaldo Maiore domus Childerici* Regis Franciæ, Carolum Martellū illegitimū hæredem institueret, in magnum poſteritatis ſuæ legitimæ incommodum, animæ ſuæ detrimentum, ac multorum Primatum ſcandalum & offenſionem. C Quibus cognitis Alpais Præſulem cum ſuis abire iuſſit, ſuumq; curauit à Pipino ſcribi hæredem filium. Re igitur infecta SS. Swibertus & AGILOLPHVS Coloniā reuerſi, perturbatum Plectrudis omni, qua potuerūt ratione, animum tranquillarunt. Ac Pipinus ipſo eodem anno obijt.

Prudentia S. Agilolphi in reducendis animabus

*Childeberti

Friſonum Apoſtolus.

[*Hæc Marcellinus in vita S. Svviberti. Baronius ad annum 714.*]

In Friſonū quoque, vt quibus bene vellet, S. AGILOLPHVS incūbebat ſalutē. Nec Carolo Martello aut ſua deerat pietate, aut ſuo ipsū iuuandi ſtudio, cōſilia ipſi Diœcetes ac conſiliarius Regius quā ſaluberrima ſuggerebat, idq; tā cōſtanter, vt vitā & ſanguinē maluerit profundere, quam in cōſilijs fidē fallere. Rei igitur publicæ conſilio qui decreuerat adeſſe, D mox à Chriſtianarū virtutum oſoribus ereptus, in pago Amblauiēſi ſub ann. 748. (*quo adhuc literas à Pōtifice Maximo Zacharia circa Maium datas acceperat*) crudeli parricidarū ferro fuit trāſadactus. Locum Martyrij perpetuus viror, & cęleſtia lumina clarum fecerunt. Dixi anno 748. ſuperſtitē adhuc Præſulē. Nā ita inſcripſit ſuas Zacharias Pōtifex literas: *Dilectiſſimis Nobis Reginfrido Rothomagenſi Epiſcopo, Deodato Bellouacēſi Epiſcopo, Dauid Spirēſi Epiſcopo, Eliſæo Nouiomenſi Epiſcopo, Burchardo VVirceburgenſi Epiſcopo, Genebaudo Laudu-*

Cōſiliarius & Diœcetes Regius.

Martyrizatus.

Miracula.

Quando obierit.

*Lauduneſi Epiſcopo,* Agilolpho Coloniensi Episcopo, *Ramberto Ambia-*
A *nenſi Epiſcopo, Aetherio Tharuacenſi Epiſcopo, Treuuarto Cameracenſi Epiſcopo, Fole-*
*rico Tungreſi Epiſc. Romano Meldenſi Epiſc. Ottoni Strasburgeſi Epiſc & cæteris amã-*
*tiſsimis Coepiſcopis, presbyteris etiã Diaconibus &c.* Vide *Baron ad ann.* 748 *n.* 13.

Hiſtoriã vitæ S. Agilolphi S. Bruno Archiepiſcopus poſteritati reli-
quit, ſacra ipſius lipſana S. Anno Archiepiſcopus Colonienſibus data, Requieſcit
in ſuam ad gradus Marianos baſilicam tranſportauit, *vt habent Breuia-* Coloniæ.
*rium Colonienſe, vita apud Surium, & mſcr.*

Sanctum Agilolphum primum ex communi traditione aſtruxi Co-
B lonienſem Archiepiſcopum, ante quem quidam ex amicis meis plures Diſcepta-
ſuperioribus ſæculis anteceſſiſſe Archiepiſcopos, non leuibus ductus tio de ini-
argumentorum rationibus, exiſtimat, quas ab altero amicorum meo- tio digni-
rum diſcuſſas hic placet ſubijcere. tatis Archi-

*Archiepiſcopus deſignatus creditur S. Agilolphus circa an. Chriſti* 745. *idq́; videtur* epiſcopalis
*tradere Baron.* ad eund. an. n. 45. *Nã ibi inter reliqua iſta ſtatuit Zacharias Ponti-* apud
*fex in literis ſuis ad S. Bonifacium datis prid. Non. Iun. imperante Auguſto Conſtanti-* Vbios.
*no anno* 27 *Imperij eius Indict.* 14. De ciuitate autem illa, *inquiens,* quæ nuper
Agrippina vocabatur, nunc verò Colonia, iuxta petitionem Franco-
rum, per noſtræ authoritatis præceptum, nomini tuo Metropolim con-
C firmauimus, & tuæ ſanctitati direximus eiuſdem Metropolitanæ Eccle-
ſiæ ſtabilitatem &c. *Quæ licet ita ſe habeant, placet tamen non nemini inter do-*
*ctos haud vulgari compluribus iam ante* S. Agilolphum *ſæculis Colonienſium E-*
*piſcopos fuiſſe Metropolitanos. Idq́; primo ex docto Beati Rhenani vt ipſe appellat diſ-*
*curſu, quem amicorum meorum alter ineruditum, ac manifeſtam inuoluere hæreſin*
*oſtendit, eo quod velit initio partitionem Imperij ab Auguſto inſtitutam, ab Adriano*
*Imperat. renouatam, à Conſtantino demum Imp. nonnihil fuiſſe immutatam ita, vt*
Belgicæ Dioeceses Sacræ Eædem Cum Profanis Essent &c.
*Quæ certe nemo Catholicorum admittet. Nam ſicut ſacra & prophana munera, ipſo-*
*rum Acatholicorum confeſſione, ſunt omnino diſtincta; ita & iuriſdictione & pote-*
D *ſtate iſta diſtinguuntur, nec ſunt vllo modo eadem. Quod omiſſis rationum Theologica-*
*rum momentis ex ſolo oſtendi poteſt lumine naturali, cui nemo facile erit repugnatu-*
*rus. Nam fatentur omnes ipſimet etiam Acatholici,* ex l. fin. in fin. ff. de offic. eius,
cui mand. eſt iuriſd. *&c..... Aliquo alicui conceſſo, ea etiam concedi & concedenda*
*eſſe, ſine quibus commode illud exerceri nequeat, ne conceſſio ſit irrita, aut inanis, ſeu, vt*
*vulgus loquitur, eluſoria cum omnis conceſſio debeat aliquid operari Eccleſiaſticis verò,*
*Deus O. M. diſtincta à ſæcularium muneribus conceſſit munera, quæ ſine poteſtate a-*
*liqua & iuriſdictione commodè exerceri nequeunt, cum refractarij ſæpè ſint coer-*
*cendi*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cendi &c. Quare Eccleſiaſticis diſtinctam aliquam poteſtatem diuinum numen con-
ceſſerit neceſſe eſt. Vnde patet, quid de Beati Rhenani diſcurſu ſit ſentiendum. Ferendus, A
ſi tradidiſſet Eccleſiaſtica iunctam fuiſſe à Conſtantino M. ſæcularem. Sed videamus
authoris contra ſentientis argumenta, quorum poſtrema haud ſunt contemnenda, vt
ex diſcurſu patebit.

Primum eſt; Eccleſiaſticæ dignitatis ſplendor accommodauit ſe ad ſæcularis maie-
ſtatem, vt licet ex B. Clementis, & Anacleti Pontificum Epiſtolis colligere, quibus ſi-
gnificatur, quod Eccleſia in illuſtrium ſedium aſſignatione rationem aliquam priſci
habuerit ſplendoris ac potentiæ; illudq; facile colligere poterit, quiſquis priſcos Epiſcopa-
tuum, non tantum Belgicorum, ſed etiam omnium omnino limites cum Romanarum B
Prouinciarum terminis comparauerit. Duas autem præcipuas in inferiore Germania
eaſq; frequentes, ac celebres conſtitutas aduertet à Conſtantino Magno vrbes, alteram
Agrippinam, METROPOLIM, alteram Tungros, quibus præſidentes Epiſcopi, ſi ad il-
larum conſtitutionem ſe accommodarint, earum Epiſcopus alter colligetur fuiſſe Me-
tropolitanus, alter vnus ex primarijs. Verum huic concedo quidem, Coloniam fuiſſe
Metropolim, à Conſtantino conſtitutam, vt expreſſè docet Baron ad ann. Chriſti
348. n. 5. ex S. Athanaſij Epiſtola 2. pro Sardienſi Synodo conſcripta, &
libellus, qui inſcribitur Notitia Imperij, ſcriptus circa annum Domini 411. ſub Henri-
co Imperatore, non autem Auguſto, (vt vult Ioſephus Scaliger) vbi Agrippina vocatur
Metropolis Germaniæ ſecundæ. Fateor quoque ex tam famoſo vrbis nomine, Epiſcopis C
ingentem dignitatis ſuæ ſplendorem acceſſiſſe; nego tamen ex ea decus Metropoliticum
Epiſcopis accreuiſſe. Nam licet aliqua vrbs Metropolis deſignetur Imperij ſæcularis, non
ideo tamen eadem Metropolis eſt aliarum Eccleſiarum. Idq; manifeſte oſtenditur ex
iam citata Epiſtola Sancti Athanaſii apud Baron. d. l. qua ſecundo loco vtitur con-
tra ſentiens, quæ ita habet. Miſſis enim à S. Concilio in Legationem Epiſco-
pis, Vincentio Capuæ, quæ METROPOLIS eſt Campaniæ, & Euphrate
Agrippinæ, quæ eſt Metropolis ſuperioris Galliæ, vt pro ſynodi decre-
tis Imperator Conſtantius Epiſcopos quos ipſe eiecerat, in ſuas ædes re-
uerti pateretur &c. Nam Capua licet Metropolis eſſet Campaniæ, anno 348. non D
tamen id ætatis Metropolitanum habuit Epiſcopum ſeu Archiepiſcopum, ſed tantum
Epiſcopum, cum demum circa annum 966. Capua cœperit Archiepiſcopatus, vt au-
thor eſt Sigon lib. 7. de Regno Italiæ, ait enim; Ioannes (Pontifex) egreſſus
Capuam ad Pandulphum Principem adijt. Pandulphus non ſolum
Pontificem liberaliter habuit, ſed ſtudio etiam eius impulſus, Ioannem
fratrem, vt Rofredum ſæuientem occideret, incitauit, quo facto, Roma-
ni maximo, quo nitebantur præſidio ſpoliati, poſt decem menſes Ponti-
ficem Romam ex Campania reuocarunt, ac magno ſtudio in ſede ſua
repo-

repoſuerunt. Pontifex vt gratiam Principibus Capuanis referret, Ar-
A chiepiscopatvm Apvd Eos Institvit & Ioannem, ipſum Rofre-
di percuſſorem, antiſtitem conſecrauit. Quibus rebus permotus Otto,
vt importunam Lombardorum, Romanorumque audaciam, inſigni a-
liquo edito ſeueritatis exemplo impoſterum coerceret, ac ſimul tran-
quillatis tandem Italiæ rebus, ſalutaribus regnum legibus confirma-
ret, conuentu Wormatiæ in aſſumptione B.M Virginis habito, in Ita-
liam iter intendit; Lombardiam verò cum attigiſſet, cauſa ſeditioſorum
cognita, Sigulphum * & eiuſdem furoris ſocios Comites condemnauit, * fortè Pă-
eorumque alios in Franciam, alios in Saxoniam relegauit &c. *Sicut igitur* dulphum.
B *Capua Metropolis an. 348. habuit quidem Dominum ſeculare tanquam Metropoli-
tanum, reliquis ciuitatibus inferioribus imperantem, nec tamen habuit Epiſcopũ Me-
tropolitanũ; ita licet Colonia vocetur Metropolis aliarũ ciuitatum, non tamen etiã Me-
tropolis fuit aliarũ Eccleſiarũ. Atque ita intelligo P. Bucheriũ, quando ait; Colonia ſub
Conſtantino Metropolitam videtur ſortita, nim. in ſecularibus, non Eccleſiaſticis.*

*Deinde nihil concludit, quod ſubijcit author, nim. ex duabus ciuitatibus Colonienſi
& Treuirenſi, fidei ſemen in reliquos Belgas ſparſum fuiſſe. Nam quis ideo Corbeiam
Saxoniæ Monaſterium ad Viſurgim, ſtatuerit Archiepiſcopi ſedem, quod illinc Aquilo-
naribus ſemen diuini verbi fuerit allatum? Quinetiam author ſuam refutat ſenten-*
C *tiam, dum inter præcipuas Conſtantini vrbes, ex quibus fuit reliquis ius dictum, collo-
cat Tungros. Nam his nunquam præſedere Archiepiſcopi. Tota igitur, quam infert au-
thor, ex iam allatis euertitur collectio. Erat autem hæc. Sicut igitur Treuiris ſuum pri-
mum Archiepiſcopum S. Agritium, & Tungrenſis ciuitas S. Seruatium; ita Treuiro-
rum Auguſta eodem tempore à Conſtantino Imperatore, ſub quo exactior diœceſium
partitio inſtituta eſt, plurimum illic reſidente, Maternum ſecundum, Colonia primum
accepit Archiepiſcopum.*

*Alterum authoris argumentum deſumitur ex Anſelmo, qui vixit tempore S. An-
nonis Archiepiſcopi Colonienſis. Scripſit enim de S. Theodardo libellum rogatu Idæ Ab-
batiſſæ S. Cæciliæ Colon. ad S. Annonem Archiepiſcopum Colonienſem,* vt videre li-
D cet apud Chapiauill. tom. Epiſcoporum Leodienſ. *Ita autem inquit author*
*c.* 2. B. Igitur Theodardus ſub beato Remaclo Eccleſiaſticis diſciplinis
informatus magiſtro, Pontificatus honorem arctioris vitæ deſiderio,
ſponte declinanti, ei in ſede Traiectenſi ſucceſſit, & à S. Cuniberto Ar-
chiepiſcopo, in Epiſcopum conſecratus, præſedit Eccleſiæ Tungrenſi
viceſimus octauus. *Hic primo S. Cunibertus. qui vixit anno 614. multo ante*
S. Agilolphvm *appellatur Archiepiſcopus, deinde conſecrauit S. Theodardum E-
piſcopũ Tungrẽſem, quem non vt Epiſcopus, niſi delegata poteſtate, & interueniente di-
ſpenſatione, de qua ſane non conſtat, creare potuiſſet.*

E Ve-

Verum ad primum reſpondeo, ab eo authore S. Cunibertum appellari Archiepiſco-
pum, non quia eo tempore vere fuerit Archiepiſcopus Colonienſis, cum id nemo iſtius A
æui & poſteriorum proximè ſcriptor approbet. Vocat enim eum Regino ad ann. 612.
Epiſcopum tantum, eumque (Sigebertum) inquiens, Cuniberto Epiſcopo
Colonienſis Eccleſiæ, & Pipino Duci commendat Dagobertus. Idem
confirmat ipſe Sancti Cuniberti calix, cuius hæc eſt inſcriptio in pede. Hunc Cu-
nibertus Epiſcopus calicem Chriſti ſanguine copſi: Ita quoque reſponden-
dum erit, quando Marcellinus in vita Sancti Svviberti Aldevvinum, Annonem I.
Agilolphum, aliiq; Scriptores S. Seuerinum, Euergiſlum, Cunibertum, promiſcue nun-
cupant Archiepiſcopos. Nam Fortunatus antiquiſſimus author (cuius meminit S. Gre-
gor. Turon.) appellat S. Seuerinum tantum Epiſcopum, in S. Seuerini vita apud Suriū B
23. Octob. Deinde mſcr. Codices apud eundem Sur. 24. Octob. vocant S. Euergiſlum
Epiſcopum duntaxat. Ita & Pontifex Zacharias in literis ſuis de anno 745. imo de
ann 748. appellat Agilolphum tantum Epiſcopum &c. Alterum verò, quod affer-
tur de Epiſcopi conſecratione argumentum, retorquere poſſum. Nam non conſtat à
S. Cuniberto poteſtate ordinaria ſanctum Theodardum ſacerdotio inauguratum, ergo
poteſtate ſibi delegata, maximè cum virum ſanctum, legitimè credamus egiſſe. Quod
verò non ordinaria illi competierit facultas, inde facile oſtendo, quod non fuit, vt iam
oſtendam, Archiepiſcopus. Hic enim, vt traditur c. Archiepiſcopus diſt. 66 debet
conſecrari ab omnibus ſuffraganeis ſuis prouincialibus; quod ſi ſecus fiat, conſecratio eſt C
irrita, nimirum quod ad executionem officij, vt bene ibidem notat glo. ex cap. ſicut
ſemel. diſt. 68. Statuitur quoque in cap. quia per diſt. 64. vt Epiſcopi conſecrētur
à Metropolitano ſuo ſecundum iura, & ipſe ab Epiſcopis Prouincialibus ſuis, c. de
perſona. c. ſi quis. diſt. 65. c. Epiſcopi c. illud generaliter. diſt. 64. Quin imò
Epiſcopus, inferiori etiam ordine, ſibi non ſubiectum, ſine ipſius ordinarij licentia prohi-
betur inaugurare. Gratian. diſt. 70. & 71. c. illud quoque. diſt. 71. At S. Cuni-
bertus non à ſuffraganeis Colonienſibus, qui nulli numerabantur, ſed ab Archiepiſcopo
Treuirenſi (qui id ætatis fuit vt opinor S. Subaudus, anteceſſor S. Seuerini, de quo paulò D
poſt) fuit ſacris ordinibus inauguratus, vt habent antiqua S. Cuniberti vitæ exempla-
ria apud Surium, 12. Nouemb. Treuirenſis autem non erat vnus ex prouincialibus E-
piſcopis ipſius Colonienſis. Vnde ipſemet Colonienſis Treuirenſi Archiepiſcopo fuerit
ſubiectus, neceſſum erat; vel certè maiore hic opus diſpenſatione, quæ nulla oſtendi aut
exhiberi poteſt. Quare S. Cunibertus Theodardum quando conſecrauit Epiſcopum,
id delegata peregerit poteſtate, ſtatuendum erit, vt legitimè perhibeatur egiſſe.

Tertium contra ſentientis argumentum eſt, SS. Seuerinus & Euergiſlus iure Me-
tropolitico (quo Epiſcopos ſibi ſubditos viſitandi poteſtatem ordinariam habent) viſita-
uerunt Eccleſiam Tungrenſem. Cui reſpondeo, de S. Seuerino quidem hæc in ipſius legi

*vita apud Sur.23.Octob.* Corroborata igitur,& bene ſtabilita Dei gratia
A Colonienſi Eccleſia,Sanctus vir Seuerinus, in Dei opere indefeſſus,per
viſionem monetur,vt Burdegalenſe oppidum & partes Aquitaniæ,vn-
de etiam claram traxiſſe fertur originem,cœleſtis lucri cauſa viſitare nõ
dubitaret.Quod ſtatim cognita Dei voluntate, licet iam ſenili grauare-
tur ætate,perficere aggreſſus eſt. Interea dum iter ageret,reuelatum eſt
à Domino,Beato Amando eiuſdem ciuitatis Prçſuli,Seuerinum magni-
ficæ ſanctitatis Epiſcopum viſitatum Aquitanicos ciues aduenire, & ſe
ei cum Cleri populique cœtibus obuiare debere. *Cui diuinæ paruit B. A-
mandus monitioni,vt pluribus in vita S.Seuerini inculcatur. Verum deprehendo ex*
B *Catalogo Epiſcoporum Treuirenſiũ,& commentarijs Auguſtæ Treuirorum part.9 iſta
erroneè Treuirenſi Archiantiſtiti S.Seuerino aſcribi*, quæ ſunt Seuerini Colon.
duobus ſeculis altero prioris; Nã *inquiunt.* Seuerinus,qui diuino monitu
relicta, Treuiri Burdegalam profectus Euangelij prædicãdi gratia, ſedẽ
ibi Epiſcopalẽ Amãdo illi vltro cedẽte nactus,& vita functus eſt.*Hæc illi.
At hic fuit Coloniẽſis, vt ex vita ipſius iã vidimus.Vnde,ſi reliquit ſedẽ ſuã,debet id fe-
ciſſe ex auctoritate Apoſtolica, ſine qua nemo tranſire poteſt ad aliã ſedẽ Epiſcopalẽ* c.
mutationes. c.ſcias c.oẽs c.Epiſc.& ſeqq.8.q.1. *Denique quis ex hac S.Seue-
rini viſitatione colliget,Burdegalenſẽ Colonienſi Eccleſ. olim fuiſſe ſuffraganeã. Fateor*
C *quidem Archiepiſcoporum eſſe viſitare ſuffraganeas prouincias,*ex c.perpetuo.5.de
cenſibus.ex actionib.& procurationib.in 6 *Attamen viſitatio illa alijs com-
mendari poteſt,ita cum non vacat Archiepiſcopo per ſe viſitare, liberum eſt illi, id mu-
neris alteri committere.*glo.in c.Romana.1.de cenſib. in 6. per c.inter cæte-
ra,de off.ord.*Ita & B.Euergiſlum ex mandato Pontificis aut Archiepiſcopi vel a-
lius rogatu,Tungrenſem viſitaſſe Eccleſiam exiſtimo. Sic enim videtur accipiendus lo-
cus* apud Sur.ad 24.Oct. in vita S.Euergiſli,*qui ita habet*: Deinde paſtora-
li eum perurgente cura & ſolicitudine, fidei feruore inflammatus, ad
Tungros profectus eſt,idololatriæ ſordes eliminaturus. Vbi eo perue-
nit,cũ multa auctoritate ſacras habebat cõciones, errãtes reducebat in
D viam, malos hortabatur,vt cito reſipiſcerent, bonos, vt ſtuderent effici
meliores. *Verũ re accurratius examinata Tungrenſis Eccleſia id tẽpeſtatis deſtitue-
batur Epiſcopis & ſacerdotibus, ob perſecutionem Hunnorum & Attilæ; vti prædi-
xerat illis S.Seruatius, indigebat igitur aliquo Epiſcopo , qui ſubinde illam viſitaret
cum autem nullus præeſſet illi Eccleſiæ Epiſcopus , & Sanctus Euergiſlus illi eſſent
vicinus, viduam conatus eſt Eccleſiam erigere.* Vide diſput.hiſtor. Chapiavil.
tom.1.c.5. idque ex canone in c.poſtquam 16.q.1.*vbi tempore hoſtilis impe-
tus vicinis Epiſcopis commendatur Eccleſiæ cura. Ideoq́; bene vrgebat eum paſtoralis*

*cura, vt iam ex vita ipſius vidimus. At quis hoc caſu, viduæ Eccleſiæ viſitatorem ſtatuet Archiepiſcopum?* A *Deinde ſi ex his viſitationibus concludere aliquis velit, S. Seuerinum, & S. Euergislum fuiſſe Colonienſes Archiepiſcopos, haud dubie idem affirmabit in eadem ſede ſucceſſores, fore etiam Archiepiſcopos, eo quod qui ſuccedit in locũ, ſuccedat etiã in ius.* c. Is qui in alterius de Reg. Iur. in 6. *At inter illos ſucceſſores poſteros eſt. S. Cunibert⁹, cũ vixerit hic an. 615. Euergisl⁹ verò an 400. & S. Seuerin⁹ an. 350. Nec tamẽ S. Cunibertus* Archipræſul *fuit Eccleſ. Coloniẽſis. Quomodo igitur id poterit de S. Seuerino, & Euergislo affirmari? Quare omnino cõcludendũ eſt, S. Seuerinum, & S. Euergislum non fuiſſe* Archiepiſcopos, *ſed Epiſcopos. vt paulò ante diximus.*

*Idem ſuadet ipſa eorum viſitatio à Surio allata, quæ non fuit* Archiepiſcopi; *Nam* B *hic viſitaturus Prouinciam, prius debet plene viſitare capitulum ſuæ Eccleſiæ, ciuitatem & diœceſim propriam, intendetq; Eccleſiis cum maioribus tum minoribus, Eccleſiaſticis, ac populo; & ſi ſingulos non eſt integrum accedere, ſaltem conuocabit Clericos & Laicos ex pluribus locis in vnum, vt eos viſitet; deinde viſitata ſua diœceſi, viſitabit vel totam vel partem prouinciæ. At quomodo? ſubijcit ibidem; viſitando inquiens, diœceſes, ciuitates, ſuffraganeos, eorum ſubditos, capitula Cathedrarum, & aliarum Eccleſiarum monaſteria, Eccleſias, alia loca pia, religioſa, cleros, populos &c. Et paulo poſt; viſitator proponet verbum Dei, quæret de vita & conuerſatione miniſtrantium in Eccleſiis & alijs locis deputatis diuino ſeruitio & de cæteris ſpectãtibus ad officium ipſum,* C *abſque coactione & exactione iuramenti, intendens ipſorum emendationem per ſalubria monita ſiue leuia ſiue aſpera, at prudenter* c. Romanæ de cenſib. in 6. *Atqui hæc omnia in S. Euergisli viſitatione oſtendi nequeunt, ac proinde neque ex illa viſitatione argui poteſt* Archiepiſcopatus. NB. 1. *ex prioribus facile ſoluitur prima authoris in primo argumẽto propoſitio; ſi eam forte pluribus vrgere vellet; nimirum accõmodaſſe Eccleſiã vrbibus non omnimodè, ſeu non acceſſiſſe ad rationem vrbium omnimodam, ſed aliquam tantùm, ita vt non, quandocunque vrbs aliqua deſignatur reliquarum Metropolis, etiam eius vrbis Eccleſia conſtitueretur ſimul Metropolitana reliquarum Eccleſiarũ, prout ſupra oſtendi; ſed ſicut vrbi ex Metropoli nouus aliquis ſplendor acce-* D *dit, ſic Eccleſiæ vrbis, ſeu Epiſcopatui nouus honoris ſplendor, noua celebritas affulgeret.* N. 2. *Dixi, ſupra erroneè Treuirenſi tribui, quæ ſunt S. Seuerini Coloniẽſis. Nã S. Amãdus Burdegalẽſis nõ vixit ſeculo ſexto, ſed 3. cũ S. Seuerino Colon. Qui verò S. Amandus vixit cũ S. Seuerino Treuirẽſi Archiepiſcopo, ſeculo 6. fuit nouẽ annis Traiectenſiũ Epiſcopus, & Gandauũ Chriſto peperit. Sur 1. Octo. in vit. S. Bauonis c. 4. 5. 6. 7. 8. Hicq; patre Serano* & matre Ancãtia* ex Aquitania natus, deinde Argentinẽſi Eccleſ. à rege Dagoberto, cuius filiũ Sigebertũ in caſtro Eiſenburg ſacris vndis abluerat, præfectus, fuẽti ſed illi populo cedẽs, Tũgros redux Monaſteriũ in Pabula ad Elnonẽ fluuiũ, tertio lapide à Tornaco ſitũ atq; à ſe Dagobertoq; * fũdatũ an. 640. tandẽ ingreſſus, febri fuit extin-*

Catal. Sãct. German. Molan. SS. Belg. 6. Febr. ex Vthone 39 Epiſc. Argẽt. circa an. 965 viuente. Sigeb. an. 812
* Sereno.
* Amantia.
* Chilperico
Mira.

*extinctus, anno 660. Fuit & alius S. Amandus VVormatienſis Epiſcopus, qui quoto*
A *ſeculo vixerit, incertũ. Catalogus Epiſcoporũ refert à S. Seruatio Tungrorũ Epiſcopo Ro-*
*mâ reduce ipſum fuiſſe viſitatũ; Vnde ſeculo tertio vixiſſet, verũ hic eſt Burdegalẽſis. At*
*in Sanctus Germaniæ refertur S. Amãdus Dagoberti Galliarũ regis munificentiã fuiſſe*
*expertus. Vnde nõ ſeculo 5. ſed 6. floruiſſet. Vel certè duo VVormatienſes Epiſcopi ſibi*
*cognomines ſunt ſtatuẽdi. Hæc ideò accuratè notaui, quia vidi non tantũ commẽtarios*
*Treuirenſes in ijs erraſſe, ſed etiã graues ſcriptores, qui oẽs illos confundunt S. Amandos.*

*Olim Elnonenſis, nunc Amandina Abbatia Benedictinorũ. Mir.*

*Refutatis igitur contrà ſentientium argumentis, communem omnium ex epiſto-*
*la S. Bonifacij ad Zachariam Papam (quæ habetur in tom. 3. conciliorum ab eximio*
B *Domino Seuerino Binio, moderno Vicario Archiepiſcopali, hic Coloniæ editorum inter*
*Zachariæ 1. epiſtolas) confirmo ſententiam, vbi inter cætera S. Archipræſul ſcribit:*
Notum ſimiliter ſit paternitati veſtræ, quod Carolomannus Dux Fran-
corum me accerſitum ad ſe, rogauit in parte regni Francorum, quæ in ſua
eſt poteſtate, ſynodum incipere congregare, & promiſit de Eccleſiaſtica
religione, quæ iam longo tempore, id eſt, non minus quam per ſexagin-
ta vel ſeptuaginta annos calcata & diſſipata fuit, aliquid corrigere & e-
mendare velle. Quapropter ſi hoc (Deo inſpirante) veraciter implere
voluit, conſilium & præceptum ſanctæ veſtræ auctoritatis, id eſt, Apo-
C ſtolicæ ſedis habere & ſapere debeo. Franci enim (vt ſeniores dicunt)
pluſquam per tempus octoginta annorum ſynodum non fecerunt, nec
ARCHIEPISCOPVM HABVERVNT, *nec Eccleſiæ Canonica iura alicubi funda-*
*bant vel renouabant.* Modo autem maxima ex parte per ciuitates Epiſco-
pales ſedes traditæ ſunt Laicis ad poſſidendum, vel adulteratis Clericis,
ſcortatoribus, & publicanis ſæculariter ad perfruendum. *Quæ à ſancto Ar-*
*chipræſule ſcripta, quin vera fuerint, nulli licet dubitare; niſi Sanctum Germaniæ A-*
*poſtolum falſitatis macula velit aſpergere. At ſi Colonienſes Franci (ita eos appello ex*
*epiſtola Zachariæ ſupra allata, atque ex numeratione miraculorum S. Svviberti à S.*
*Ludgero conſcriptorum, quod Pipinus Francus ibidem Agrippinenſis nuncupatur Prin-*
*ceps) S. Bonifacio vicini Archiepiſcopum habuiſſent. Quomodo verè ſcripſiſſet S. Boni-*
D *facius quod intra octoginta annos Archiepiſcopum non habuiſſent Franci? cum ipſius*
*ætate S. viuebat Agilolphus, etiam antequam à S. Bonifacio Archiepiſcopus fuiſſet de-*
*ſignatus, atque à Zacharia I Papa ſuam obtinuiſſet confirmationem. Relinquitur i-*
*gitur ante S. Agilolphum in Eccleſia Colon. nullum fuiſſe Archiepiſcopum. Quod verò*
*ipſe fuerit primus, videtur oſtendi ex Zachariæ literis ſupra allatis. Sed illi obſtant li-*
*teræ Zachariæ Pontificis ad Bonifacium Moguntiuum datæ circa ann. 751. pridie*
*nonas Nouemb. imperante Domino noſtro Auguſto Conſtantino, anno trigeſimo ſe-*
*cundo imperij eius, indictione 5. quibus Metropolitanæ Moguntinæ, Colonienſis ſubijci-*

 tur

*tur Eccleſia.* Ait *enim*; & idcirco auctoritate beati Petri ſancimus, vt ſupra-
dicta Eccleſia Moguntina perpetuis temporibus ſibi & ſucceſſoribus A
ſuis, in Metropolim ſit confirmata. Habens has ſub ſe ciuitates, id eſt,
Tungris, Coloniam, Wormaciam, Spiratiam, & Trectis * & omnes
Germaniæ gentes, quas ſua fraternitas, per ſuam prædicationem Chriſti
lumen cognoſcere fecit, &c. Vide Baron. ad illum ann. *Deinde obſtat
quod ſupra in literis Zachariæ ann.* 748. *Agilolphus poſt Epiſcopos, Spirenſem, VVir-
ceburgenſem &c. collocetur. quibus ſi Archiepiſcopus fuiſſet iam anno* 745 *crea-
tus, eſſet præferendus. Accedit, quod in literis, de anno* 745. *Metropolitana Eccle-
ſia Colonienſ. non Agilolpho, ſed Sancto committatur Bonifacio. Habet enim*; nomi- B
ni tuo (*Bonifaci*) Metropolim Coloniam confirmauimus. *Vnde San-
ctus Bonifacius initio Coloniæ videtur conſtitutus Metropolitanus, deinde tamen, mu-
tata Pontificis Zachariæ voluntate, anno* 751. *Moguntiæ deſignatus. Reſponderi
ſolet ad primum, illo Zachariæ priuilegio ampliſſimam Sancto Bonifacio in quoſ-
vis alios Epiſcopos & Archiepiſcopos factam eſſe poteſtatem, quæ ordinariam Archie-
piſcopi ſuperaret & excederet facultatem, vti etiamnum in Legato Pontificis per v-
niuerſam noſtram Germaniam videmus. Quæ reſponſio poteſt confirmari ex* c.
de perſona diſt 65. *vbi videntur vnius etiam prouinciæ admitti plures Archie-
piſcopi, ſibi ſubordinati. Nam traditur ibi, ſi in prouincia adſit* PRIMVS AR-
CHIEPISCOPVS, *non conſecret Epiſcopus ſine conſenſu Primatis. Ad* 2. *Reſpon-* C
*detur, ſæpe in recenſendis Archiepiſcopis & Epiſcopis non ſeruari ordinem dignita-
tis, ſed prouinciæ, atque Epiſcopos etiam ante alios Archiepiſcopos, ſuis ſubijci Archi-
epiſcopis prouincialibus, vt videbis in alijs Epiſcopis noſtris notatum. Ad* 3. *quoque
Reſpondetur, nomini Bonifacij quidem delatam Eccleſiam Metropolitanam, non ita,
vt ipſe illius Colonienſis ſit Metropolitanus, ſed vt ex ipſius directione conſtituatur
Archiepiſcopus Vbiorum. Se autem ipſum conſtituere, per iura & Canones ipſi non
licebat. Quare alium ab illo præfici iubet Pontifex, idque verba Pontificis expreſſe ſa-
tis declarant. Sed hæc notaſſe ſufficiat.*

* Trecas

D

## VI. Lapis S. HILDEGARVS Sardius

*Claruit Carolo Martello Auſtraſiæ Duce & Rege Pipino anno Chriſti* 754.

HILDEGARI vittas rubefecit purpura ſacri
Sanguinis, Hilberti nomen habebat idem.

*ex VVilh. Salsm.*

Tempe-

A



TEmpeſtate Pipini (qui maior erat domus Franciæ, Dux Agrippinenſis, Auſtriæ, Turingiæ & Burgundiæ Prouinciæ totiuſque Lotharingiæ, poſtea Francorum Rex, filius Caroli Martelli Principis) B. HILDEGARVS S. Agilolphi, intercedente medio Rangefrido Archiepiſcopo, ſucceſſor, Colonienſibus præfectus fuit Archipræſul. *vita S. Svviberti cap. 32.* Religioſus Beatarum mentium obſeruator, ſummo cum honore (quo iam B. ENGELBERTVM vidimus à Principibus viris dignatum) Stephani Pontificis iuſſu & authoritate, S. Swiberti exuuias antequam in bello Saxonico ad viſurgim occumberet, ſolenniter eleuatas recondidit. Nam anno 755. S. Stephanus II. Romanus Pontifex ob crudelem Haiſtulphi Longobardorum Regis incurſionem Italia pulſus, ad Pipinum Martelli Filium, acerrimum fidei Catholicæ, propugnatorem confugit, à quo Regificè exceptus, menſę dum accumberet, miras S. Swiberti res ſupra naturæ facultatem geſtas audiuit; rogatuſque fuit, vt ipſum Swibertum in album referret Sanctorum. Cui Pontifex ex itinere laſſus, maleque nonnihil ad Sanctum Dionyſium ſentiens, vt gratificaretur, vices ſuas Venerabilibus Patribus, & Pontificibus, S. Hildolpho Treuirorum, Bonifacio Moguntinorum Archiepiſcopis, Fulchario Leodienſi Epiſcopo, & præcipuè HILDEGARO NOSTRO COLONIENSI ARCHIEPISCOPO commendauit, vt examinata diligenter Svviberti vita, moribus, geſtiſque ſtupendis, ipſum Sanctorum numero accenſerent. Parituros Pontifici Maximo Præſules, & noui Saxonum incurſus, & Italica Pipini Regis expeditio contra Haiſtulphum Eccleſiæ Romanæ perturbatorem ſuſcepta aliquamdiu retardauit; à cuius euentu omnia metiebantur. Atque ita ſolemnis illius declarationis dies nonnihil fuit ampliatus. Priuſquam tamen VENERABILIS

B. Hildegarius eleuauit S. Svvibertũ vti Legatus Apoſtolic⁹

B C D

ET

ET DIVVS PATER HILDEGARVS COLONIENSIS ARCHIEPISCOPVS
in bellum Saxonicum iuxta viſurgim fluuium proficiſceretur, in quo A
PRO CHRISTI FIDE OCCVBVIT, SEV, vt ait S. Ludgerus, MARTYRI-
ZATVS FVIT, Werdam cum ſuis clericis 5. Id. Iun. adijt, poſtera vt ipſum

*Eundem S. Svvibertum Sereniſſimus D. noſter* FERDINANDVS *Archiepiſcopus Colo. &c. pro ſuo pio zelo, non ita dudũ per D. Ioannẽ Geleniũ ſuum in ſpiritualibus Vicariũ denuo eleuauit.*

Svvibertum luce eleuatum ex Pontificis Max. iuſſu in catalogum re-
ferret Sanctorũ; IV. igitur Id. Iun. à ſacro ſolenniter decantato, cum ſuis
presbyteris, clericis ac conuentus fratribus S. Svviberti acceſſit tumu-
lum, è cuius viſceribus erutum ſacrum S. Svviberti pignus, aſtantem cũ
vniuerſa præſentium multitudinis Archipræſulem vbi aperiebatur ſar-
cophagus, mirè grato odore recreauit. Ipſe Archiepiſcopus venerabun- B
dè ex priori exemptum arca corpus pontificalibus induit veſtimentis
atque in altera pulcherrima incluſum capſa recondidit; ſtatuitque Ar-
chipræſul anniuerſarium huius ſolemnitatis diem 4. Id. Iun. vt impo-
ſterum piè religioſeque obſeruarent. Intererat huic ſolemnitati ciuis
Colonienſis Robertus de vetere Monte appellatus, mutus & ſurdus,
qui dum in conſpectu Præſulis omniumque circumſtantium ſancti ex-
oſculabatur manum, & audiendi recepit facultatem, & loquendi Qua-
re ingens omnium pectora animoſque compleuit gaudium. Quin ex
pluribus confluebant locis complures, vt à peſte, anginaque quam ſqui-
nantiam appellat S. Ludgerus à Græco συναγχη, curarentur, à quibus o- C
mnibus curatis de cætero nuncupatus fuit Patronus peſtis ſquinantiæ.
*Ita S. Ludgerus in vita S. Svviberti, c. 5.* Ab hoc S. Præſule Svviberto, non

B. Svvibertus apparet B. Hildagaro & ipsũ ſanat.

modicum olim S. HILDAGARVS abſtulerat beneficium. Nam cum Pi-
pinum perfidos perſequentem Saxones armatus comitaretur; in comi-
tatu ex equo excuſſus, ſcapulam, brachiumque alterum, & capitis tem-
pus ad ripam colliſit, vt ſemianimis in tentorium deferretur. Verùm
proxima inſequenti nocte ſe illi in ſomnio exhibuit S. Svvibertus, pro-

* *Inſula S. Svviberti olim, nunc dicitur Inſula Cæſaris à Friderico Cæſare ab anno* 1148. ex archiuo &c.

mittens futurum, vt ſi ipſius viſitaturus eſſet ſepulchrum, ſanitati reſti-
tueretur. A ſomno excitatus S. Præſul Noſter, illud vnicè agebat, vt in S. D
Svviberti inſulam * deueheretur. Deuectus patrocinio S. Svviberti im-
plorato, deſideratam recuperauit ſanitatem. Idem alias militari in Sa-
xoniam expeditioni cum legatus adeſſet, eam ſanguine ſuo pro fide
Catholica purpurauit. De quo præclarè S. Ludgerus ad Rixfridũ Tra-
iectenſem Epiſcopum (licet pro eo Baronius Marcellinum appellet)
in vita S. Svviberti, VENERABILIS, inquit, ET DIVVS PATER HILDE-
GARVS COLONIENSIS EPISCOPVS IN BELLO SAXONICO APVD
WESERAM OCCISVS, IMO MARTYRIZATVS PRO FIDE CHRISTI:
Hæc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

(Hæc ille. De eodem ita loquuntur annales Pipini, Caroli Magni, &
A Ludouici ab authore eius ætatis conſcripti ad ann. 753. *Hoc anno Pipinus Rex cum exercitu magno Saxoniam ingreſſus eſt, & quamuis Saxones obſtinatiſſimè reſiſterent, pulſi tamen ceſſerunt, & ipſe vſque ad locum qui dicitur Rimi, qui eſt ſuper fluuium VViſeram acceſſit; in qua expeditione Hildegarius Archiepiſcopus interfectus eſt in monte, qui dicitur Viburg.*) Hactenus illi. Attamen iam ſupra ex S. Ludgero retulimus S. HILDEGERO ad 755. vel ex æra Baronij n, 10. ad annum 754. demandatam fuiſſe à Stephano Papa inquiſitionem, in vitam Sancti Svviberti, quæ aliquamdiu adhuc propter Regis Pipini expeditionem fuit dilata. Ideoque non anno 753. potuit eſſe defunctus, niſi ex a-
B lia ipſum æra tunc ſtatueris obijſſe. Næ digniſſimus, qui & ipſe honore eleuationis afficeretur. Vt autem adeptam Martyrij adoream, grata maiores noſtri recolerent memoria, hoc illi in ſacello & atrio Auguſtæ Baſilicæ Flauiæ Helenianæ, quam Sancti Gereonis appellamus, ſtatuerunt Epitaphium, in molliori marmore inciſum, quod vel ab inciſore imperito, vel à poſteris nonnihil videtur corruptum:

*Eſt & in Iutia vel Iudlādia loc⁹ dictus VVidburg.*

*VVibergon in hiſtor. Archiep. Brem. in Alberto I M. anno 1062. Adam l. 4. c. 4. vocat Ambergon.*

HILDIBERTVS MERITIS QVI FVLSIT EPISCO
PVS ALMIS ASSVMPTVS COELO HOC IACET
C IN TVMVLO. OBIIT ANNO INCARN. DOMINI:
DCcCLXII. IIIIKL. IVL.

Epitaphiū S. HILDEGARI.

Quod ita corrigendum, vt vel legatur DCCLIIII. IV. Kal. Iul. vti legit Cratepol. vel potius DCCLVII. &ç. nam manus inciſoris nonnihil videtur vacillaſſe & forte ſculpendo V. in X. mutaſſe, quod videtur ipſa forma docere non perfectè decuſſata, vel certè expreſſurus duo II. manu titubante aberraſſe. C verò minus, ocioſi viatores videntur interſcripſiſſe. Hæc ideo moneo Lectorẽ, vt quid authores veteres ſenſiſſe de fatali eius anno, quẽ alij ex alia æra circa hæc ipſa definiūt tẽpora, oſtendã.
D Nam ex ſua æra Aimoinus B. HILDEBERTI, quem ipſe HILDEGARIVM nominat, fatalem tradit annum Chriſti 753. cum ex alia B. Ludgeri in epiſtola ſua ad Rixfridum Traiectenſem obſeruata, vixerit adhuc anno Chriſti 754. & 755. (*vt colligere licet ex Sigonio lib. 3. de regno Italiæ*) vbi illis annis Haiſtulphus Longobardorum̄ Rex ab Imperatoris exercitu domabatur, poſt quem domitum adhuc ſupererat Beatus Archipræſul HILDEGERVS, vt iam vidimus, in Sancti Svviberti reliquiarum eleuatione.

## VII. Lapis S. HILDEBALD⁹ Chryſolitus. A

*Claruit ſub Carolo M. & Ludouico Pio obijt anno 818.*

Carolus HILDBALDO Magnus dat Præſulis aras
Ludgero HILDBALDVS Weſtphalicumque gregem.
*ex VVilh. Salsmanno.* B

*Hildeboldo tribuuntur inſignia Leonis Turingici ex coniectura vti infra.* ☞





Hildebaldi frater & ſoror.

DE S. HILDEBALDI Colonienſis Arhipræſulis, qui tẽpore Caroli Magni floruit, familia & genere nihil certi poſſum aſtruere. Fratrem habuit Helmbaldum, nobilem ſororem Irmgardem, de qua paulò poſt ex vita S. Svviberti aliquid ſubijciam, vtriuſque fit mentio in Metropolitanæ Colonienſis Bibliothecæ vetuſtiſſimo codice ſed vitioſe deſcripto, in quo contexitur Catalogus *librorum, qui* (vt loquitur Codex) *anno Incarnationis Dominicæ* DCCL† XXXIII.* *VVenlone Epiſcopo Laudonenſi*, iubente, *ad opus Domini Hldebaldi Archiepiſcopi & ſacri palatij capellani deſcripti ſunt ex illis, quos Roma Apoſtolicus Dominus Leo miſit Carolo Imperatori.* [Ad cuius libri calcẽ hęc ſubijciuntur] *Dedit Epiſcopus ſorori ſuæ librum ſacramentorum, cum Lectionario Antiphonarium vnum. Filio ſororis ſuæ Pſalterium vnum*..... Accepit *Helmbaldt frater Epiſcopi Lectiona-*

C

D

*† in mſcr. eſt tertium C. pro L.*

*Iuſſus A

*ctionarium vnum Antiphonarum vnum &c.* Ex cuius fratris nomine exiſti-
A mat nonnemo S. Archipræſulis noſtri familiam conijci poſſe. Nam glo-
rioſiſſimi Imperatoris Caroli Magni tempeſtate à Nobilium virorum,
Principum ac Comitum nominibus arces, vrbes, oppida ſuam ſortie-
bantur appellationem. Ita enim ab Imado appellatur Immelshuſen vt
oſtendi in Auctario vitæ S. ENGELBERTI pag. 363. à Brunone Brunſvvi-
cum à Theodone Theodonis villa &c. nuncupantur, quæ longum eſſet
hic pluribus proſequi. Eadem ratione ab Helmbaldo ſeu Helmwal-
do S. HILDEBALDI fratre, exiſtimat appellari Helmwardeshuſen, qui
B locus olim fuit Nobilium Thuringorum hæreditarius, vt conſtat ex
mſcr. vita S. Meinvverci c. 21. & c. 91. Nam in priori capite aſſeritur Ecki-
hardus comes in proprietatis * ſuæ fundo Monaſterium, Helvvardes-
huſen nuncupatum conſtruxiſſe, quod in honorem S. & indiuiduæ Tri- NB.
nitatis, ſanctique Saluatoris & victorioſiſſimæ crucis & S. Mariæ ſem-
per Virginis, S. Petri Apoſtolorum Principis, & omnium Apoſtolorum
Sanctorumque omnium Non. Iun. dedicauit S. Meinvvercus. Deinde
quod fuerit nobilibus illis Thuringis hæreditarius, oſtendunt lites &
controuerſiæ propter eũdem ab Eckihardi comitis hæredibus S. Mein-
C vverco motæ, quas Imperator, compoſuit, locum hæredibus ereptum
regni dum ſubijcit poteſtati; *Meinvv. c.* 42. quin etiã lites poſterioribus tẽ-
poribus iterum ſuſcitatę à Dithmaro Bernardi Ducis fratre; vxor etenim *Dithm. lib.*
Eckihardi defuncti fuerat Suanhildis Bernardi Ducis filia. Sed ſopita
illa fuerit inter S. Meinvvercum & Dithmarum, interuẽtu Sigefridi, qui
fuit Dithmari auunculus, Hermãni de Weſtphal, Bẽnonis, Amelungi,
Comitũ atq; cõplurium. *Meinvv. c.* 91. Ex his igitur cõſtat Eckihardum ex
hæreditario poſſediſſe Helmvvardeshuſen, adeoq; ipſum videri ex po-
ſteritate eſſe Helmvvaldi S. Hildebaldi fratris. Nec ratio Fabricij oſten-
dit contrarium. Nam licet præfecturarum dignitas, vnde Duces, Mar-
chiones appellabantur, non hæreditate deuoluebatur ad poſteros, atta-
D men ipſi, qui illis decorabantur honorum titulis, bona poſſidebant hæ-
reditaria, vnde Comites appellabantur, licet à Principibus eſſent viris
procreati. Eckihardus verò Comes, Thuringiæ fuit Marchio, vt teſtatur
*Dithm. lib.* 2. qui S. Henrici in Imperio æmulus domum rediturus, Nort-
heimium cum deflectere cogitaret, ad Sigefridum Comitem, ab ipſius
filijs, è quibus Henricum iuſſu Ottonis III. cædi loris procurarat, ſtrui
ſibi inſidias cognouit, quibus elapſus, ab inſequentibus de nocte dor-
mitans fuit oppreſſus, & cum è comitatu eius cæſis fidiſſimis ipſe pugna-

re pergeret fortiter, à Sigefrido haſta collum fuit tranſuerberatum, la-
pſantiſque caput ceruicibus abſciſſum. Conditus ipſe honorificè Ienæ A
ad Salam. *Dith. lib* 4. & 5. Nobilis igitur hic vir cum ex hæredibus Helm-
vvaldi poſterioribus Helmvvardershuſen hæreditario poſſederit, datur
colligere, quantæ Helmvvaldus, quin & ipſe S. Hildebaldus Helmvval-
di frater fuerit nobilitatis & proſapiæ. Comites nimirum fuerunt in
Thuringiæ finibus. Quæ modo his adnectere placuit, donec aliquando
certiora habeamus.

*NB. Quod D. Miræus ex Bertoldis Grimbergæ Dominis deducat Turingiæ Marchiones, Quod coniecturam ſuperiorẽ cõfirmat.*

Habuit vt dixi ſororem S. HILDEBALDVS Irmgardem, mulierem vitæ
ac morum probitate conſpicuam, quæ nupta ſtrenuo Bartholdo Domi- B
cello de Grimbergen *Sanctis* habitanti, illiſque in oris Caroli M. Præ-
fecto, pepererat Gozelinum in Rheno ſuffocatum; poſtridieq; ſub ho-
ram octauam à Lamberto Duſel Embricenſi vnco extractum, atque ad
S. Swiberti ſepulchrum reſuſcitatum; vnde poſtea Suibertus nuncu-
patus abiecta torque argẽtea collum circumdante Sancti Svviberti mo-
naſterium ingreſſus, ſumma animi cum demiſſione Deo perpetuum fuit
famulatus, ipſique Monaſterio ex pio in S. Svvibertum affectu D Bar-
tholdus certa donauit prædia perpetuo poſſidenda, *vt teſtis eſt S. Ludge-
rus in enumeratione miraculorum S. Svviberti vitæ ipſius c. 10.*

Hildebaldi humilitas.

Ex ſingulari animi deuotione omnẽ HILDEBALDVS ſeculi faſtũ, luxũq; C
aſpernatus, ac vilioribus indutus veſtibus in publicũ nõniſi perrarò pro-
dibat, domeſticis cõtẽtus finibus. Quam alij auide captant vulgi aurã,
ſtudioſus ille declinabat, vt quanto ab hominũ oculis ac mẽtibus remo-
tior, illiſq; abiectior, tantò cœlitibus propior eſſet, & illuſtrior. Hãc ani-
mi ſubmiſſionẽ Deus in tenebris diutius deliteſcere amplius nõ paſſus,
tandem eam in omnium oculis poſuit. Nam coram Carolo Magno

** Regin. li. 2.*

Coloniæ ſub 782.* vel ex aliorum æra 781. hærente, reliquum inter
Clerum, cum comparerent ad D. Gereonis Canonici ſibi Archiepiſco-
pum cooptaturi, Hildeboldum velut pauperem ac miſerum ob ve-
ſtium inopiam domi latitantem, vt tradunt mſcr. auctore Carolo Ma- D

Fit Archiepiſcopus.

gno in Archiepiſcopum ſibi delegẽre. Annum electionis ipſius deſigno
782. vel 781. Nam conſtat ipſum præſente Carolo M. Coloniæ fuiſſe
creatum. Carolus verò Magnus Coloniæ hæſit, vt teſtis eſt Regino in
Chronico ſuo, anno 769. quo necdum fuit Hildebaldus Archiepiſco-
pus deſignatus, nam alias non 30. aut 34. vt tradunt Chron. Colon. reſe-
diſſet, ſed 46. annis. Deinde Coloniam redijt Imperator anno 782. quo
præfectum aſſero Colonienſi cathedræ S. HILDEBALDVM. Nam tertia

quando

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quando rediit Imperator vice Coloniam ſub ann. 804. in comitatu
A Leonis Papæ; egit de S. Svviberto inter Diuos referendo, quo tempore
iã HILDEBALDVS Archiepiſcopus fuerat præſtitutus. Vnde ann. 782. ex
Reginonis æra fuit creatus S. HILDEBALDVS Archipræſul. Quod ipſum
teſtatur libellus Wenilonis licet vitioſè deſcriptus, qui iã an. 783. Archipræſulem eum agnoſcit, ac proinde minus recte ſentiunt qui anno 788.
p. ius exiſtimant eum Archipræſulem conſtitutum. Hinc in vniuerſum vſque ad ann. 818. S. Archiepiſcopus Eccleſiæ Colonienſi annos
omnino 36. præſedit, vel ſi placet 34. annis præfuiſſe, dicendus erit non
anno 818. ſed anno 816. fuiſſe extinctus. Ex libello Wenilonis Epiſco-
B pi Laudonenſis auctoritate deſcripto, ac libris in ea recitatis colligere
poſſumus, quibus olim ſtudijs ſuam vir ſanctus addixerit operam,
minime certe otio torpuit, aut rebus vacauit ludicris, ſed ſtudio ſacrorum codicum, quorum Catalogum, non integrum ne longior ſim, ſed
quorundam alijs conceſſorum, vitæ HILDEBALDI ſubijcio, ne antiquarijs & poſteritati nomina iſtius ætatis inuideam. Admodum familiaris fuit Carolo Magno, à quo ad Epiſcopalem euectus dignitatem, eo
quod præ nimio animi ſui candore, vti omnium celebratur ſermone, Simplicitas S. Hildebaldi.
oblatum ab Imperatore ſacris adſtante aurum neſcius reiectaret, ne vt
C ſibi videbatur, egeno grauis eſſet venatori: Alijs cingulum ſacrum ex
ſimplicitate perhibetur rogaſſe Regem; vnde quidam haud illepide
cecinere:

Miſſa celebratur, à Venatore rogatur:
Aurea zona datur, & presbyter in cathedratur.

Nouam baſilicam Metropolitanam Coloniæ exſtruxit, quam poſtea
Conradus ab Hochſteden excitata aliâ deſtruxit. *Sacrar. Colon.* Anno Nouã baſilicã extruit
800. S. Ludgerum Epiſcopum creauit Monaſterienſium, qui Weſtphalorum inuigilaret conuerſioni. *S. Ludgerus epiſt. c. 9. apud Sur. in Svvibert. die 1. Martij tom. 2. Baron. refert ad ann.* 804. Deinde dedit S. Ludgero HILDE-
D BALDVS facultatem conſecrandi Eccleſiam Werthinenſem; quam ab
ipſo Coloniæ petierat, quod in ipſius locus iaceret iurisdictione *c. Cincinnius in vita S. Ludgeri c* 42. Anno 803. inuitato ad ſe Leone Pontifice
auctor fuit vt Pontifex ſecum Colonia (vbi S. Pontifex altaria ad S.
Martinum & in Capitolio conſecrauit) in S. Svviberti inſulam nauigaret. Comitabantur Pontificem ſuum glorioſiſſimus Imperator Carolus, purpuratus Cardinalium chorus, atque ingens Archiepiſcoporum
aliorumque procerum multitudo. Fratres ex S. Svviberti conuentu ad
Rhenum

Rhenum vſque obuiam prodeuntes ſolemni pompa Pontificem Ma-
ximum cum ſuo comitatu in vrbem deduxere. Moxque indicto eſuriali A
die omnes ſe ad ſolemnem actum quo à Pontifice B. Svvibertus inter
Sanctos referendus erat, id eſt, pridie Non. Septemb. præparauere; ante
ſolemne ſacrum conueniebant & Pontifex, & Imperator, & vniuerſa
multitudo, ſuaſque fundebant ad Deum preces, abſoluto vero ſacro
Pontificis, ipſum ſacrum ſolemniter decantabat in æde S. Svviberti Ar-
chiepiſcopus HILDEBALDVS. S. Svviberti reliquias Archiepiſcop. HIL-
DEBALDVS Pontifice & Imperatore Carolo præſentibus ex monumen-
to tollebat, quæ circumfuſam aſtantium coronam mirè fragranti odore B
recreabant; ipſum verò Svvibertum S. Leo Pontifex conſpirantibus
Cardinalium ſuffragijs pridie Nonas Septemb. in Sanctorum referebat
catalogum, moxque campanis concinentibus in gratiarum actionem
hymnum vniuerſi decantauere Ambroſianum. Aderant ſolemnitati
glorioſiſſimus Carolus ſemper Auguſtus Romanorum Imperator &
Francorum Rex, venerabiles Patres Cardinales & Archiepiſcopi, Ber-
nardus Oſtienſis, Fortunatus Treuirorum, Theodorus Sabinenſium,
Nicolaus tituli B. Crucis in Hieruſalem, Euſtochius B. Praxedis, Boni-
facius tituli B. Petri & Pauli, Marcellinus presbyter Cardinales, Ger-
baldus Leodienſis, Volguinus Normenſium Epiſcopi, & præſertim Fœ- C
lix HILDEBALDVS Colon. Archiepiſcopus, cuius efflagitatu ipſe Ponti-
fex in Inſulam fuit profectus, Indulgentiam populo feſtum ipſius diem
celebranti conceſſit, obtulitque paruam crucem auream qua crucis
Dominicæ particula ſeruabatur incluſa, Imperator Carolus duos obtu-
lit ex puro auro calices, totidemque lympula, aliamque precioſam ſup-
pellectilem. Reliqui verò ex ordine pro ſuis offerebant facultatibus;
vnde precioſa exuuiarum S. Svviberti comparata fuit arca; cuius com-
plexu ipſæ poſtea fuere aſſeruatæ. Ita S. Ludger. in canonizatione Sancti
Svviberti vitæ ipſius c. 10. D

Anno 808. cum in pago Vilcaſſino corpora Sanctorum Nicaſii, Qui-
rini, & Scubiculi Diaconi ſub Præſide Feſcennio cæſorum eleuarentur
atque ad Condatenſium vicum haud procul à Pariſijs eſſent tranſlata,
HILDEBALDVS Epiſcopus Colonienſis, & Onulphus Præpoſitus Mal-
mundarienſis à Carolo Magno & ab Epiſcopo Pariſienſi impetrarunt
corpus S. Quirini, Brachium S. Nicaſij, & reliquias S. Scubiculi quorum
poſtremus frequentibus ibidem miraculis inclareſceba*t*. *Miræus in faſt.
Belg.* Anno 811. teſtis fuit ſcriptus in Caroli M. teſtamento, quod ita
clau-

claudítur. Hanc conſtitutionem & ordinationem coram Epiſcopis, Ab-
A batibus, Comitibuſque qui tunc præſentes eſſe potuerunt, quorum hic nomina ſcripta ſunt, fecit atque conſtituit. Epiſcopi, HILDEBALDVS, Richolphus, Arn, Wolfarius, Bernoinus, Laidradus, Ioannes, Theodulphus, Ieſſe, Hetto, Waltgandus, &c *Vide Baron.*

Anno 814. in Ianuario Carolo M. male habente ſeptima à morbo ſuo luce familiariſſimus Pontifex HILDEBALDVS fuit aduocatus, vt ipſum Imp. ſacramento Dominici corporis & ſanguinis munitum ad agonem præpararet. Qui pio Imperatoris deſiderio ſatisfaciens, ſacris ipſum refecit epulis, à quibus perceptis Imperator diem & noctem cum
B morte luctatus; proximè inſequenti die efformato dextra ſua crucis ſigno, atque fronti, pectori, corporique impreſſo, clauſis oculis in hunc pſalmographi verſum erupit; In manus tuas commendo ſpiritum meũ, atque ſpiritum ſuum Deo feliciſſime reddidit, vt author eſt Theganus, eius ætatis ſcriptor *apud Baron. an.* 814. *n.* 58. Adeſt Carolo M. in extremis.

Quod verò addunt Chronica Colonienſia, & ex ijs Chron. M. Belgij, Ludouicum Caroli M. filium ab obitu parentis ab HILDEBALDO fuiſſe coronatum, commentum eſt, & nulla nititur authoritate. Nam Sigeb. ad ann. 812. Regin. Thegan. Baron. ad ann. 813. & Marian. Scot.
C ad ann. 814. auctores ſunt, in concilio Aquiſgranenſi præſentibus Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Ludouicum iuſſu parentis adhuc viui, in palatio Aquiſgranenſi diadema ex altari maiore acceptum ſibi impoſuiſſe. *Vide Baron. ad ann.* 813. *n.* 12. *&* 13.

Anno 816. à Ludouico Imperatore HILDEBALDVS noſter Archicapellanus ſacri Palatij, cum Theodulpho Epiſcopo Aurelianenſi, Ioanne Atrebatenſi, alijſq; Eccleſiæ miniſtris obuiam miſſus eſt Stephano Papæ ex Italia cũ Bernardo Italiæ Rege, Pipini filio, venienti, vt Rhemos, vbi Ludouicus commorabatur, Imp. eum deducerent. Deductum milliari
D Rhemis diſiũcto excepit Imperator, ſuaq; manu Pontificem ſuſtentãs ad Eccleſiam ipſum eſt comitatus. Pontificem prœeuntes Hymnũ Ambroſianum, Te Deum laudamus &c. incinuerunt, quo abſoluto ſubiunxit Pontifex communem orationem. Indeque ad aulam inuitatus, cibis benedictis, cauſas ſuæ expoſuit Imperatori legationis, *vt tradit Theganus Treuirorum Chorepiſcopus, illius ætatis ſcriptor apud Baron. anno* 816. *n.* 94

Videtur Archiepiſcopus noſter S. HILDIBALDVS* anno 818. extinctus. Nam anno 819. Indict. 11. conuentui Aquiſgranenſi interfuit iam Hadalboldus HILDEBOLDI ſucceſſor. *vt author eſt Baron. ad ann.* 819. *n.* 2.

*) Hilſtibaldus Hildeboldus.

vbi inter Legatos Dominicos hi numerantur *ex lib.z. capit. Franc. c.25.*
Epiſcopi & Comites. *In Veſontio, quæ eſt diœceſis Bernoini Archiepiſcopi He-* A
*moinus & Monogoldus Comes. In Moguntia quæ eſt diœceſis Heiſtulphi Archiepi-*
*ſcopi, idem Heiſtulphus Epiſcopus & Doutbertus Comes. In Treuiris Hetti Archiepi-*
*ſcopus & Adelbertus Comes.* IN COLONIA HADALBOLDVS ARCHIEPI-
SCOPVS ET ÆMVNDVS COMES. *In Rhemis Ebo Archiepiſcopus quando po-*
*tuerit, & quando non licuerit, Rhuothardus Epiſcopus eius vice, & Rhuofridus Co-*
*mes, ſint ſuper ſex videlicet comitatus, id eſt, Rhemos, Catalaunem, Sueſsionem,*
*Syluanectem, Belluacum, & Laudunum, &c. Rengarius Epiſcopus & Berengarius*
*Comes. Senones Hieremias Archiepiſcopus & Donatus Comes. Rothomagum VVil-* B
*lebertus Archiepiſcopus & Lagibertus Comes. Turonem Landranus Archiepiſcopus,*
*Rhoutbertus Comes; Lugdunum Tarantaſia, & Vienna Albericus Epiſcopus & Ri-*
*chardus Comes* &c.

Coloniæ Agrippinæ in baſilica Flauia Heleniana quã ad aureos mar-
tyres, nũc S. Gereonis nũcupamus? ſacellũ diui Mauritij duos è marmore
complectitur elaboratos ſacrophagos, qui ad altitudinem viri ex terra
paulatim aſſurgentes, ſibi mutuo incumbunt: eorum ſuperiori inſcul-
ptum eſt, ſeptem & plura SS. Thebæorum Martyrum corpora illo com-
plecti, ſub quo tam precioſo reliquiarum operculo alter theſaurus
clatris circundatus ferreis aſſeruatur, vt ſequens vncialibus literis oſten- C
dit inſcriptio:

## Hoc tumulo iacet corpus Sancti HILDEBALDI Colonienſis Archiepiſcopi reconditum.

Neque vlla alia viri in Eccleſiam alioqui valde prolixi inuenio mo-
numenta, præterquam quod ſæpiſſimè illius meminerint archiuorum
diplomata; Qui tamen ex pluribus Baſilicarum à ſe excitatarum mo-
libus maiora & meliora meritus fuiſſet mauſolæa. Videtur autem vir D
ſanctus, ex profunda animi ſui ſubmiſſione poſt mortem etiam ſuam a-
mauiſſe neſciri, vt omnem à Deo expectaret remunerationem, argueret-
que noſtræ ætatis homines, qui vix Eccleſiæ profuerunt, & tamen ipſius
columnas herbæ inſtar parietariæ ſtudent monumentis inueſtire, ni-
hilque niſi fumoſas poſteris imagines exhibere, qui noſtræ tempeſtatis
faſtus adeo inoleſcit, vt vix aliquis moriatur Clericus, qui non teſta-
mento curet ingentem ſui effigiem in ſacris baſilicis ſuſpendi non ſe-
cus atque ſi vnus eſſet ex diuis tutelaribus aut fundator Baſilicæ.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# A PARS CATALOGI BIBLIOTHECÆ S. HILDEBALDI.

*HAbet Ermbaldus ad ſuum miniſterium. Euangelium cum argento ſcriptum auro & lapidibus paratum.*

*Alium ſimiliter plane ſcriptum, & auro & lapidibus ornatum.*

*Sacramentorum Gregorij cum auro ſcriptum. Lectionarium 1.*

*Librum S. Auguſtini in quo iacebant petula aurea.*

B *De Libris Samuelis. Pſalterium. 1. Antiphonarium 1. Homiliam vnam.*

*De Libris Langolfi Librum comiti. 1. Sacramentorum volum. 1.*

*Dominus Epiſcopus in ſua Capella. Euangelium 1. Lectionarium 1,.....parabolas Salomonis. Hilduin Abba. Lectionarium 1.*

*Item Ermbaldus Euangelium 1. Lectionarium 1.*

*Dedit Epiſcopus ſorori ſuæ Librum ſacramentorum cum Lectionario. Antiphonarium 1. Filio ſororis ſuæ Pſalterium 1. Habet Engilolphus Comes Lectionarium 1. Omilias Gregorij 7. Habet ipſe ſacramentorum cum lectionario 1. qui fuit Emundi. Voſo lectionarium 1. Baldericus Epiſcop. Miſſale cum lectionario* C *vol. 1. Hildiſvvint parabolam Salomonis. Baldrih librum Proſperi de actiua & contemplatiua. Oſman Miſſale cum lectionario & vita Patrum.*

*Snebrat lectionarium cum Euangeliis. Rathlei librum Pompeij.* * * Pōpeium

*VValdolf apologeticum Gregorij Nazianzeni. Thitmar expoſitionem Gregorij in Iob primam partem. Helmbald frater Epiſcop. lectionarium 1. antephonarium 1. Folcari Miſſalem cum lectionario 1. Rodolff Miſſalem 1.*

*Engilhelm regum. Vxor VVerinbaldi, lectionarium. Gundolf homil.*

*Hartger ſacramentorum.*

## D VIII. Lapis S. BRVNO Berillus.

Filius Henrici Magni Germanus Otonis
BRVNO ius gladij primus in vrbe tenet.

*Claruit ſub Ottone Magno fratre ſuo obijt anno 965.*

*ex VVilh. Salsmanno.*



*Inſignia nigri equi à P. Radero demonſtrantur eſſe Ottonis Magni fratris S. Brunonis & Henrici eorum Patris, quia tamen in archiuo S. Panthaleonis inueni Ludolpho B. Brunonis auo appingi ſcutum cum trabibus, ſed ſine corona & poſterioribus ſæculis B. Brunoni crucẽ cum trabibus & corona, eapropter hæc vti hodie notiora poſui. Liceat Lectori quæ magis genuina exiſtimauerit ſubſtituere.* A

S. Brunonis parentes.

* al. Bruniẽ-ſis. Baron. ad an. 965. n. 1.

ILiadem Homeri nuce potius concluſerim, quam magni enumerem BRVNONIS * elogia. Degẽte hic prodijt Saxonum, è quibus non pauci honorati fuere imperialibus faſcibus, *vt vetuſtiſſima S. Panthaleonis produnt monumenta* frater Germanus Ottonis M. *VVitichin. Dithm.* &c. Adamus tamen Brem. lapſu memoriæ ipſum vocat Ottonis M. filium. Patrem nactus eſt Henricum Aucupem Imperatorem matrem Mechtildem filiam Theoderici Comitis in occidentali regione, *vt habet mſcr. vita Mechtildis antiquiſſimus*, vel in Oldenburg, *vt aſſerit Gobelin.* vel in Ringelheim. *vt Crantz. & Thrit. in Chron. Hirſchaug. ad an.* 921. (vbi fundatorem Abbatiæ Ringelheimenſis appellat, quæ ab Imado inſtituta fuit, *auctar hiſtor. Sancti Engelberti pag. 363.*) quamuis Sigebertus *ad ann* 937. Theodericum Saxonum Regem indigetet. Vtrum Brunonis auunculi fuerint Reginbern, Immadus &c. an vero aui Materni fratres, dubium eſſe tradidi in *auct. hiſt. S. Engelb. pag. 364.* Auus Maternus fuit Theodericus, de quo iam diximus, auia Materna Reinhilda (vnde fortè Renelhem ſeu Ringelheim appellatur) *Dithm. lib.* 1. quam mſcr. vita Mechtildis; appellat *Danorum* Friſonumque Regis filiam. Fabritius verò *in reb. Miſn. Stemmatum VVidekind. ſtirpe IV.* filiam tradit Comitis Merſpurgij. licet ſibi contrarius *in lib. 4. Orig. Saxon.* velit erroneè eam nuptam non Theoderico, ſed Walperto parenti. Proauum Maternum Brunoni aſſignat Fabrit, *lib. 4. Orig. Saxon.* Walbertum, cui nupta fuerit

B

C

D

Maternus au⁹ & auia.

Maternus proauus & proauia.

Altbur-

Altburga ſeu Adelburga filia vnica Comitis de Leſmona, quæ arcem ſi- A bi cognominem Altburgum ædificarit. Verum Theoderici mater non Altburga fuit, ſed Mechtildis, quæ poſtea ſacerdos magna Heruordiæ conſecrata fuit, & præfecta (*vt conſtat ex vita mſc. Mechtild.*) in Monaſterio Heruordienſi quod à Waldtgero Saxone fuit ædificatũ in loco vbi ſe B. Virgo dederat conſpiciendam, *vt habet mſc. VValtgeri vita.* Cui autem ipſa prius, quam religioſum amplexaretur ſtatum, fuerit nupta, non habeo certum, ideoque nihil certi hic aſſero. Hoc noto, Walbertum ab authoribus indigitari, qui Widikindi M. ex Wicberto filio nepos cœptum à parente Wicberto cœnobium VVildeshuſanum tribus B Brema diſcretum horis abſoluit ac perfecit. *Ita Fabr.* Auus Brunonis paternus fuit Otto Dux M. *ita Dith. VVitich. Adam. Albert.* Proauus Paternus Ludolphus &c. Ipſe Bruno patruus magnus fuit S. Geronis Archipræſulis Colonienſis (*vti in Gerone oſtendi*) non verò ipſius frater, vt & volunt Baron, *ad an. 965. n. vlt. 9.* & Bzouius *ibidem*. Patruus item maximus, ſeu frater proaui fuit Brunonis Pontificis M. Gregorij V. nuncupati. Ipſiusmet verò Brunonis Archiepiſcopi Colonienſis patruus fuit Brvno (à quo nomen etiam *teſte Dithmaro* obtinuit) Magnus ille Dux affinis Ludouici Regis Germaniæ filij (*vt bene ſentit Crantz. & oſtenditur ex* C *tempore, quo vterque vixit*) non autem Ludouici Arnulphi Imperatoris filij, vt erroneè tradunt VVitichind. Albert. Stad. &c. *ad ann. 917.* cum temporis illis repugnet ratio. Nam Henricus Auceps Ottonis Ducis nepos iam regebat imperium anno 919. Ludouicus verò Arnulphi filius prius vixit anno 900. quomodo igitur ex filia auus foret Henrici Aucupis. Brunonis vero noſtri patruus Bruno anno 879. 4. Non. Febr. die Purificationis B. Mariæ Virginis Ludouici (Balbi) auſpicijs, Danorum genti Hamburgum, albi tranſmiſſo, crudeliter euertenti, cum valido exercitu, paterno excitatus exemplo, ad Ebbersdorffum ditionis D Luneburgicæ, vbi poſteà cœnobium virginum conditum eſt, occurrit, quo inclinanti Saxonum fortunæ ſuccurreret. Fit congreſſus, & atrox vtrimque tenet prælium; ſed Saxonibus pernicioſum. Repentina enim inundationis tempeſtate circumfuſi, nec pugnandi locum, nec fugiendi poteſtatem habuerunt. Scribunt nonnulli, iniquo loco pugnatum eſſe ſupra glaciem paludum gelu concretarum, & in ipſius pugnæ ardore, rupta glacie omnem exercitum ſubmerſum, nec virtute hoſtium cecidiſſe, ſed iniquitate fatorum. Perijt igitur Brvno cum copijs ſelectiſſimis, tribus Ducibus (è quibus refert *Dancmarum *Fabric. lib. 2. Orig.*

Auus Paternus

proauus Paternus.

B. Bruno eſt patruus B. Geronis patruus maximus Gregorij V Papæ.

Bruno Patruus Beati Brunonis miles.

NB. *ingẽs & inaudita clades Germaniæ quæ tamen fides non eſt oppreſſa, ergo & iã bene ſperent Catholici.*

* *Tãcmarum Saxon.*

*Saxon.* Brunonis fratrem, vt ipſi placet) ac duodecim Comitibus, quin
* *Erlulphus* & multi ea in clade deſiderati Præſules quos inter numerantur Erhul- A
* *Theodericus* phus, * Verdenſis, Ditericus * Mindenſis, Marcquardus Hildeſienſis,
* *Drago* Drogo * Oſnaburgicus, Lotharius Paderbornenſis (pro quo erroneè aſ-
ferunt Chronica Mindenſia Dudonem Epiſcopum Paderbornenſem,
* *Anfridus.* qui prius vixit circa ann. 940. 950 vt mſcr. Meinvv. tradit, non vero
* *mſcr. Mein.* circa an. 879) Aufredus * Traiectenſis (non Ansfridus, qui obijt 1010. *)
Epiſcopi, quibus addunt Chron. Mindenſ. Albertum Hanenbergenſem
Epiſcopum. Quamuis Meibom. *in notis ad VVitichind.* putet commenti-
tium eſſe tot præſulum interitum, cum à Witichind. lib. 1. Dithm. lib. 2. B
Adam. Brem. lib. 1. c. 34. Albert. Stad. 876. annal Fuld. 880. duo tantum
referantur occiſi præſules, Thiotrih & Marckward. Attamen & catalo-
gus Epiſcoporum Hildeſienſium, ſuum eo in prælio, ſcribit periiſſe; &
catalogus Epiſcoporum Mindenſium, omnes hos enumerat Pontifices;
Videatur *Bruſchius* &c. Cæteri cum nominibus interiere. Nec enim cor-
pora in vnum tumulum in littus congeſta, propter tabem & tumorem
poterant dignoſci. Attamen hi recenſentur 12. Comites ab annalibus
Fuldenſibus ad ann. 880. Bruno Dux & frater Reginæ (Rex autem
imperabat Ludouicus) deinde VVichmannus, tres Bardones, Thio-
terius, Gerricus, Liutolfus, Folcvvartus, *Auan*, Thiotricus, Liutha- C
rius; præter quos & innumerantur 18. ſatellites regij occubuiſſe, quo-
rum hæc ſubijciuntur nomina; *Aderam*, *Alfacuini*, *Addaſta*, *Aida*,
*Alcer*, *Aida*, Dudo, Bodo, VVal, *Adalvvini*, VVerinhart, Thiotrich, *Ail-
vvart*; denique innumeri ſunt capti: Hoſtes magno inhumanitatis indi-
cio, ſepultura neminem ſunt dignitati. Fuit hæc vna ex maximis Germa-
niæ cladibus, quæ non tantum *Saxoniæ*, ſed Galliæ, Angliæ & Germa-
niæ perquam funeſta accidit. Coloniam, vicinaſque ciuitates incende-
re, quid multa? nec ſexui, nec ordini parcentes, magiſtratus cum ciui-
bus, Epiſcopos cum vniuerſo grege obruerũt; Eccleſias illuſtres inflam- D
mauere. Tandem in Friſiæ pagum Nordvvige vndique mari circumda-
tum vbi deſcenderunt, ipſos incolæ à doctore ſuo S. Remberto Bremẽ-
ſium Archiepiſcopo, qui in preces ſeſe effuderat, animati, ita excepere,
vt furentes hoſtium copias aggreſſi, cæſis decies millenis, trecentis, ſe-
ptem & ſeptuaginta, reliquos in fugam compulerint, qui fugæ præſidiũ,
quæſituri ab aquis maxima ex parte ſuffocarentur. Ipſe S. Preſul Rem-
bertus ore omnium celebris, locum, in quo ſubmiſſis genibus orauerat,
perpetuo ceſpitis virore mirificauit. *Hæc partim ex Dithm. lib. 2. catal. Epiſc.*

*Mindenſ.*

*Mindenſ. Hildeſienſ. partim ex Alberto Stad. ao ann.* 870. *Crantz. Fabr. lib.* 2. *orig.*
A *Saxon* excerpſi. Ex his allatis conſtat errare 1. Crantz. qui ſub annum 886. cladem eam contigiſſe ſcribit, cum id ætatis non Ludouicus, ſub quo ſcribit Dith. accidiſſe, vixerit, ſed Carolus Craſſus imperium rexerit. Deinde falli & catalogum Epiſcoporum Mindenſium, qui ante 830. accidiſſe inſinuat, & Fab. qui incertum vult cladis allatæ annum. Nam conſtat ex *mſc. Bernvvardi vita apud P. Brovv.* Macwardum V. Epiſcopum Hildeſienſium, qui prælio interfuit, quatuor præfuiſſe annis, & ſucceſſiſſe B. Altfrido Abbatiæ Eſſendienſis fundatori, qui annos duodecim cum Lutberto Archiepiſcopo Moguntino ſedit. Lutbertus autem ſucceſſit Carolo S. Pipini Regis Aquitaniæ filio, & Ludovici Germaniæ Regis fratrueli ad 2. Non. Ian. anno 863. defuncto, vt tradit P. Serrarius *ex mſcr. in ſua Moguntia.* Vnde cum B. Altfridus obierit anno 12. Lutberti (qui erat ab obitu Caroli anno 863 ſepulti, annus 875.*) & Marcwardus B. Altfridi ſucceſſor. *Vt habet Ecbertus Corbeienſis Monachus in catal. Epiſc. Hildeſienſ.* quatuor tantum annis (qui ad 875. adiecti conficiunt annum 879.) Eccleſiam Hildeſienſem rexerit, conſequitur cladis huius, quæ ſub Ludouico contigit, annum eſſe 870. ſub cuius initium adhuc Ludouicus Balbus vixit & ipſum prælium ad 4. Non. Feb. eſt commiſſum, licet ſub anni finem ex multorum ſententia extincto Ludouico ſurrogatus in regni adminiſtratione fuerit Carolus Craſſus. Deinde eundem annum 879. oſtendit Wicbertus Marcwardi ſucceſſor anno 880. in Epiſcopum Hildeſienſem cooptatus.

Oſtēditur tēpus magnæ cladis Germanorum.

* *Catalogus Sanctorum Germaniæ* 877. *ex alia erâ. ita & Cratepol. in Epiſc. Hildeſ.*

B. Bruno non arma aut ludicra ſed literas amat & diſcit.

Verum vt ad Sanctum reuertamur BRVNONEM, ipſe BRVNONI patruo cognominis, ne ſimilibus calamitatum procellis aut indueretur aut abriperetur, non arma tractare ſategit, ſed libros & muſas colere. Magiſtros igitur Baldericum Epiſcopum Vltraiectenſem quarto ætatis ſuæ anno, deinde Iſraelem Epiſcopum Scotum, virum doctiſſimum audiuit, in quorum contubernio cum prima Grammatices rudimenta D mediocriter percepiſſet, Prudētium Poetam Chriſtianum legere à præceptoribus iuſſus eſt; cuius carmen adeo illi arriſit, vt auctoris lectione ſatiari non poſſet. Reliquorum præterea poetarum, hiſtoricorum, philoſophorum ac ſacrarum literarum lectione non minus delectabatur. Nullum denique erat ſtudiorum liberalium genus vel in Latina vel Græca lingua, quod ipſius captum excederet; adeo in manſuetiorum Muſarum ac Philoſophiæ ſtudio profecerat, vt omnibus facilè præriperet palmam, vt teſtis eſt Roſwitha poetria ita canens:

*Vita S. Brunonis apud Sur. Baron. n.* 3. 953.

At Chriſtus patris ſapientia vera perennis
Tyronem refouendo ſuum clementius iſtum
Ipſi dona dedit tantæ præclara Sophiæ,
Quod non eſt illo penitus ſapientior vllus
Inter mortales fragilis mundi ſapientes. A

Summo Archiepiſcopus Colonienſis in Philoſophiam accenſus deſiderio & ſtudio, Philoſophorum atque Oratorum libros aſſidue voluebat; Vnde in iudicio quidem diuino, à ſummo rerum omnium Indice, vnà cum Poppone Imperatoris Ottonis Sacellano (cui extra ſe rapto hanc Deus obiecerat viſionem) viſus eſt accuſari, ſed ſupplex S. BRVNO à doctore gentium S. Apoſtolo Paulo cauſam pro ipſo dicente defenſus, ſedi ſuæ fuit reſtitutus: Poppo verò VVilhelmi Comitis Germanus, verbis caſtigatus ac Diuorum abſolutus deprecatione, tridui ſpatium, quo ad deſignatam ſibi in cœlis ſedem præpararet, obtinuit: hiſq; dimiſſus verbis (poſt tres dies ad me veniens hanc, quam ego nunc tibi demonſtro, cathedram poſſidebis) ad Cæſaream vocatus Maieſtatem, omnia ex ordine ei aperuit Poppo, qui animo abſtractus atque in montem ductus præcelſum, ampliſſimam viderit ciuitatem, in eaque lautiſſima ædificia, inde laborioſo gradu altiſſimam conſcenderit turrim, in qua Chriſtum cum omnibus Sanctis pro tribunali ſedentem compererit, vbi ipſius & BRVNONIS Archipræſulis Colonienſis ſtudium Philoſophicum eo, quo iam retulimus, modo fuerit diſcuſſum. Et ne Imperator vanam hanc exiſtimaret viſionem, aut ludificationem ſomni aut dæmonis ludibrium, à futuro eam confirmauit euentu. Prædixit enim fore, vt poſt triduum ipſemet Poppo fatis concederet; ſicut triduo elapſo, vita fuit defunctus, interim gratias Cæſari pro omnibus beneficijs egit, & detectis ſacerdoti animi ſui vulneribus, ac delictis; omnibuſque venia iniuriarum aliquando ipſi irrogatarum facta, abſterſit dolorem maximè Cæſareo animo. Hæc Dithm. lib. 2. Fruſtrà igitur & ſine fundamento Meibom. *in VVitich. annal. lib.* 1. & Fabric. *in orig. Saxon.* hanc hiſtoriam explodunt.

*Viſio iudicij qua docemur ſtudijs pietatẽ iungere.* B

*Veritas viſionis iudicati Brunonis Philoſophi.* C D

S. BRVNO abbas.

S. BRVNO noſter, antequam Archiepiſcopatui Colonienſi præficeretur, Ebregiſo Abbati à Luitherij nepotis ſui obitu in Midonenſem vocato Eccleſiam ſurrogatus, quadriennium, vt volunt Laurish. Chron. Monaſterium rexit Laurishamenſe, ſed quia vt Abbas concilio Virdunenſi anno 947. interfuit, minimum ſexennium præfuit, vſque ad ann. 953. quo creatus Archiepiſc. Inter alia liberalitatis munera monaſterio ſuo

ſuo dedit argenteum thuribulum magnum ac duos argenteos nolarum
A circulos; triginta quoque hubas *, vt inquit Chron. Lauriſham. ad ann. *manſos*
921. in villis Brunagad, Mumenheim, Grioz, VValahon, Berneſheim &
Moncheim in pago Eliſaza ſitis, S. Nazario à fratre ſuo Ottone obtinuit
atque impetrauit.

Mortuo deinde VVigfrido *, ſub annum 953. (vt tradunt Regin Si- **VVicfrido*
gefrid. Dithm. lib. 2.) in Archiepiſcopatu Colonienſi, imperio ſummis
in periculis propter Archiepiſcopi Moguntini Friderici & Ludolfi Im-
peratoris filij rebellionem) verſante, ſuccenturiatus, Hademarium Ful-
denſem Abbatem in vrbem deſtinauit ad Agapetum II. Pontificem
B Romanum, à quo, miſſo pallio cum reliquijs ex corpore S. Panthaleo-
nis donatis fuit confirmatus. Nihil potius in votis habuit, quam omnia
boni Paſtoris officia à Seruatore noſtro præſcripta opere ipſo explere.
Vnde in curia Romana conſors eſt appellatus & conciuis Apoſtolo-
rum, princeps & propagator Domini præceptorum. Gregem ſibi com-
miſſum dilexit, & per baculũ diſciplinæ multos ab errore eripuit, quoſ-
dam collationibus aſſiduæ diſputationis ad meliora ducens, quoſdam *NB. aſſiduè*
placidè maturitate doctrinæ, deſiderio ſanctæ conuerſationis accende- diſputabat
bat. In ſermone erat mitis in doctrina ſubmiſſus, malorum acerrimus
C deſtructor, & veritatis ſtudioſus aſſertor, abiectis blandus, ſuperbis ſe-
uerus, quoſdam infra ſepta gregis ſuſcipiens ex lupis oues effecit, alios
extra ſepta enutriebat, & quicquid alios decebat, ipſe primum implebat.
Literarum amator, ſacerdotes vt literis quoque inſtruerentur, elabora- B. Bruno
bat. Quos ſtudioſos eſſe cognouerat, donandis libris & promittendis Mœcenas
honoribus ſolebat exſtimulare. Hic Rex lætiſſimus, conſiderans virum Literatorũ
omnium virtutum decoris auctum, in quo non dubitaret ſecundum a-
nimam quieſcere & cum quo auderet cum omni confidentia partiri o-
nera regalis iuſtitiæ, commiſit ei ſuas in Lotharingiæ regno vices,
D quod parens ipſius Henricus Auceps initio à Carolo Gallorum Re-
ge anno 924. *Reg. ann. 924.* tanquam Imperator receperat Ro-
manorum, qui Francicis deuicti armis illud trecentos circiter annos
Gallorum Regi reliquerant poſſidendum. Deinde verò cum frater i-
pſius Brunonis Otto illud Lotharij Regnum (quod ante Gallos poſſe-
derant Romani) tanquam Romanorum Imperator pacatè poſſideret:
Eberhardus, Giſalbertus, & Henricus Ottonis Imperatoris frater alij-
que, Ludouico Caroli Galliarum Regis filio authores fuere, Regnum
illud vt recuperaret, eumque in finem anno 939. Eberhardus, Giſalber-

tus,

tus,& Henricus, magno ad Rhenum cum exercitu properabant, vt Ottonem Regem tranſitu prohiberent: ſed fruſtra, Rex enim tranſito Rheno cum eis iuxta Biertanam * congreſſus, plurimis ipſorum cæſis reliquos fugauit. Giſalbertum cum Henrico Ottonis Regis fratre fugientem vſque ad caſtellum firmiſſimum *, quod capri montem appellat *Sigibert.* inſecutus, eos ibi obſidione concluſit. Verum quia interim Ludouicum Galliarum Regem in Alſatiam valida cum manu iuiſſe acceperat Rex Otto, ſoluta obſidione Caprimontenſi in Alſatiam properans, Ludouico Galliarum Rege Alſatia eiecto, firmiſſimum caſtellum Briſacum obſidione cinxit, vbi vtrimque Palmaria patrata ſunt facinora. Tandem Fridericus Archiepiſcopus Moguntinns & Rudhardus Epiſcopus Argentinenſis relictis copiarum ſuarum ſarcinis, clam noctu verſus Metas aufugerunt, vbi ſuas cum Giſalberto & Eberhardo copias coniuncturos, vti conuentum erat, ſperabant ſed fruſtra. Nam Giſalbertus & Eberhardus iuxta Andernacum caſtellum cum ſuis copijs Rhenum tranſmiſſuri, ab Vdone & Conrado Comitibus Regi Ottoni fidelibus tranſitu ſunt prohibiti, ſuſceptoque vtrimque prælio Eberhardus occiſus, Giſalbertus à Rheno ſuffocatus, plurimis ipſorum occiſis, reliquis aut dilabentibus aut captis militibus, victoria ceſſit Vdoni & Conrado, qua clade accepta Briſacenſes ſe Ottoni dedidere. Otto verò à caſtro Briſacenſi ſibi tradito Lotharienſes adortus, eos ſuo ſubiecit imperio, deſtructoque in Theodonis villa * Ludouici pij Imperatoris ſacello ne munitioni ſeruire poſſet. Epiſcopus Metēſis, qui adhuc reluctari videbatur ſe Imperatori ſubmiſit, Ducatumque Lotharienſem fratri ſuo Henrico ſibi iam reconciliato ſub ann. 940. commiſit, ſed mox eodem anno à Lotharienſibus fuit eiectus, ſucceſſitque illi in eodem Ducatu Otto Comes *(ita Regin.)* qui anno 943. extinctus ſucceſſorem habuit Conradum filium Werinheri. *Regino.* quem profecto rege Ottone in orientales partes cum copijs militaribus Lotharingij ipſi Conradi imperium detrectantes eiecerunt. Licet ipſis Lotharingis contraria inferret ſigna, multoſque cæderet ob necem conſanguinei Conradi qui filius erat Euerhardi, exacerbatus, attamē ipſi ſubmiſſo ſemper nouo exercitu prælium à meridie vſque in veſperam produxere, donec ipſæ tenebræ vtramque dirimerent aciem. Rex iuniorem ſuum fratrem Brunonem indomitæ Luthariorum præficiebat genti, quod Conradus à Rege, vt poſtea dicetur, alienatus, ob Berengarium non ſtatim auditum, cum Ludolfo contra Regem conſpiraſſent. Conradus indigne id ferens

Margin notes: * forte Burtannie. (A) — * Geiſenberg. — * Sigeberg. — Straßburg. (B) — (C) — * Diedenhof. — (D)

ferens, Lotharingiam armis repetiturus magnis cum copijs ad Belen-
A ſem * pagum iuxta villam Rimilinga S. BRVNONI Lotharienſium du- *Bellenſem.
ctori obuiam procedit, vt illic ſtatuto die congrederentur, ſed ex Dei
diſpoſitione Conradus in vltimo quia hærebat exercitu, vtriuſque con-
greſſus fuit impeditus. Rex verò circa Kal. Iulias moto exercitu, filium
generumque ſuum inſecutus, vrbibus obuijs interceptis, Moguntiam
tandem obſedit, vade dato regis conſobrino Ecberto Ludolfus gener-
que regis Ottonis Conradus caſtra regia ingreſſi, regi ſupplices pacem
rogant, quam cum impediret Henricus Regis frater, ab ipſo Henrico
ad Ludolphum deſciuere Comites, cum Ecberto, Bauariamque ingreſ-
ſi Ratisbona alijſque munitiſſimis locis interceptis vaſtauêre. Rex inſe-
B cuturus exercitum è Saxonia euocat, euocatum ducunt Thiadricus,
iuniorque Wichmãnus ad terminos Francorum, vbi à Ludolfi exercitu
circumfuſi, in deſertum compulſi ſunt caſtellum, vnde ablato vni ex
Regis vexilliferis irrumpentibus brachio triduanas obtinuere indu-
cias, quibus in Saxoniam reuerterentur. Ipſe Rex à trium menſium ex
Moguntia diſceſſu circa Kal. Ian. re infecta atque duobus præcipuis vi-
ris Immado ac Meinwerco (quorum vterque ſagittæ ictu, ſed alter Mo-
guntiæ, alter in itinere Bauariam verſus perierat) amiſſis Saxoniam repe-
tijt. Wichmannus autem alter ipſius Regis Dux pecunia à Ludolfo
corruptus, ne ipſi, ipſiuſque noceret exercitui, in vincula eſt ab Ottone
C Rege abreptus, tandem Galliam vbi inuaderet Ludolfus, Rex verò
Bauariam adeo premebat vt inducijs pactis, Ludolphus ex Gallia per
Italiam reuerſus cum Moguntino Archiepiſcopo ſe Regi parenti pur- Archiepi-
garet, ille quod neceſſitate coactus, nõ ſpõte largitionib⁹ Wichmãni a- ſcopi Co-
nimum expugnarit, hic verò, quod timore compulſus filij caſtra fuiſſet lonienſes
ſecutus; Redit igitur cum Conrado Duce Archiepiſcopus Fridericus Duces.
ad Ottonem Regem, ſed Conradus Ducatum ſuum amittit, quẽ Imp.
in ſolenni Principum conuentu, de eorum conſilio, Præſuli Colonienſi
D eiuſque ſucceſſoribus vſu & iure ceſſit perpetuo, & vt Præſules, ſic &
Duces nominentur & ſint, ſtatuit. Quamuis Archiducem appellet Auẽ-
tinus S. BRVNONEM. *Regino.* Ludolphus Regis detrectans imperium,
iterum Ratisbonam ſe recepit, vbi obſeſſus cum patre tandem in gra-
tiam redijt, defuncto Friderico Archiepiſcopo Moguntino, cui ſucceſ-
ſit Wilhelmus Imperatoris Ottonis filius. *VVitichind. lib. 2. cum Regin. ad ann. 954. 955.*

Sanctus BRVNO in Lotharingia rerum potitus, latrocinia com-

peſcuit, quietem, ocìumque reſtituit, *vt VVitichind. auctor eſt.* Nec Lotharingicis ſolum finibus concludebatur ipſius in ſalute hominum promouenda feruor ac charitas, ſed ad exteras quoque ſeſe effundebat nationes. Anno ſiquidem inſequente, qui Fabric. lib. 3. orig. Saxon. eſt 959. Nordmanniæ Principes, (quod apud Heidubam legatis Ottonis cum Marchione trucidatis Saxoniam excidiſſent) impetitos ſuperatoſque ad mare nouiſſimum (quod nunc à victoria illa Ottinſund, ſeu Ottonis fretum appellatur) cum magna populi multitudine ad Eccleſiæ ſinum adiunxit, ſacriſque vndis abluit Haroldum (qui regnum ab Ottone vt feudum recepit) cum Gunhilde vxore ſua ac filio, quem Rex Otto è ſacro ſuſceptum fonte Sueinottonem appellauit. Alb. ad ann. 948. A B

Subſequente anno, qui Fabric. eſt 960 Reginerum Montenſem Comitem cognomine Longicollum criminis accuſatum cõuictum, atque apud Valencianas euocatum cepit, perpetuoque damnauit exilio, eo quod imperiũ bellis infeſtaſſet, & nouas res moliebatur in Lotharingia, vel veriori aliorũ opinione, quod Gerbergæ ſorori ſuæ conatus fuiſſet fundos auferre dotales quas illi Giſelbertus defunctus ipſius Maritus reliquerat. Publicatis autem Raginerij exulis bonis, filij eius Raginerus & Lambertus confugerunt ad Lotharium Francorum Regem, qui Brunonis ex ſorore nepos, ipſum anno 959. inuiſit Brunonem, ac Paſchales C apud ipſum Coloniæ celebrauit Ferias, *vt teſtis eſt Frodoardus.*

B. Bruno Vicarius Imperij. *Rotger. in Brunone. D. Miræus in faſt. belg. Ciacco. in Alex. 11. Baron. ann. 954. n. 9.* Cõfeſſario aperit alienatũ à fratre animũ.

His ſtudijs S. Brvno adeo ſe fratri ſuo probauit Ottoni, vt in Italiam ad res imperij componendas profecturus Rex ipſum in occidente imperij vicarium conſtitueret. Quo in munere velut alter Samuel æquiſſimè ius dicebat, diſcordes Principum animos ad concordiam reuocabat, res nouas molientes fortiter reprimebat. Circa hæc quoque tempora S. Præſul maleuolorum quorundam impulſu fratrem ſuum Ottonem, quem vnice amabat, odiſſe cœpit, ideoque Hugoni ad ſuas epulas inuitato artificiosè gemmis adornatum regium offert diademâ. D Verùm mox ipſe in ſe deſcendens pœnitudine facti concepta abditum animi ſui vulnus Volckmaro ſacerdoti (quem Secretarium appellat Dith lib. 2.) aperit, qui prudenti valde conſilio ſublatis inimicitijs, earumque occaſionibus, diſtractos fratrum animos mutuò inter ſe reconciliauit. Nam omnibus ad inaugurationem paratis, cum Hugo ipſis paſchalibus ferijs coronam vrgeret hoc S. Brvnoni ſuggeſſit conſilium Volckmarus. *Sanctus, inquiens, Spiritus tibi, ſenior chariſſime, ſuggeſſit, vt non amplius aduerſus nos præualeret, tanti author ſceleris, inimicus, quem ſic confundi*

teq;

teq; autumo poſſe honorari. Coronam, quam Genero tuo (erat enim Hugo gener Henrici parentis ipſius *VVitich.lib.1.*) *cras te daturum promiſiſti, vobis conſidentibus præſentabo, vt fides tua in conſpectu omnium clareſcat, & inuitus corruens, eandem diſrumpam, vt fraternus amor modo frigidus inpoſterum recaleſcat.* Placuit id conſilium Archiepiſcopo, Deoque in precibus ſuis ſupplex commendauit. Poſtridie cum conſilio ſuo vteretur Volckmarus, eapropter turbari ſe ſimulabat Archiepiſcopus. Hugo verò ſpe ſua fruſtratus, poſt Paſchales ferias domum cum ſuis triſtis redibat, alijs tamen locupletatus honorarijs. Atque exinde ſublatis omnibus inimicitiæ occaſionibus neceſſitudo cum fratre ſemel renouata impoſterum ſemper perſeuerauit. *Dith.lib.2.* Paulo aliter in mſc. vita Brunonis compendiaria res ipſa refertur, vbi ita.

Hugoni coronā denegat.

*Igitur Romanum regente imperium glorioſo Ottone, ipſius ad gratiam frater eiuſdem Colonienſibus Pontifex præficitur, ad ſæculum egregiæ indolis, circa Deum miræ religionis, cuius apud nos vita vel actus multarum virtutum redimita floſculis curioſum delectabit Lectorem. Et quidem miram viri efficaciam maxima ex parte indigeſtam ſcriptoris tranſiliuit articulus, quoniam fama eius celebrior remotos orbis angulos impleuerat. Huius ſacerdotij temporibus orta occaſio Regem cum exercitu Italicas mouit in partes, de regni negotio cum Longobardis acturum, qui eidem fratri & Epiſcopo Galliarum procurationem delegauit, facere iudicium & iuſtitiam iniunxit, proſpectum ſciens ſub tali patrono Eccleſiæ tam populo quam clero tam ciuili quam plebeio. At Sanctus* BRVNO *depoſiti curam gerens, luſtratis Eccleſijs, vicis, caſtellis, vrbibus, quâque ad agenda quoſque animauit, diſſidentes ab inuicem concordauit, pacem reformauit, reformatam iuriſiurandi ſacramento conſolidauit cum primis prouinciarum. Mediante ita B. Petri feſto, idem Antiſtes cum eſſet Coloniæ, miſſa legatione regem Pariſienſem ſolemnizandi gratia inuitauit. At Rex tam conſanguinitatis quam dilectionis ex affectu coniunctus, ire non diſtulit: venit, decenti & congrua rei veneratione ſuſcipitur, pleniſſima iucunditate tractatur. Tamen neſcio qua temeritate die ſacra coronatus procedere dictauerat. Quod reniſus Antiſtes, vt ne inſolitis conſentiens fraternum præcaueret offendiculum, regiæ coronæ procuratorem quo quomodo ſuaſum hoc egiſſe dicitur, vt ſacra die eam prolaturus, ex populi preſſura occaſionem ſumeret, & ſpontaneo lapſu, quaſi impulſus pedibus offenderet, caſuque ſimulato diadema labi permitteret. Sic factum eſt, & populi anguſtiatus preſſura, cum labente corona labitur, populiq; ſtrepentis pedibus allentatur. Nec res geſta regem latere poterat, qui ſpe ſua fruſtratus proceſſit quidem circulatus tamen miſſiſq; peractis, prægustato potius quam ſumpto cibo, non vltra diſcumbere voluit, ſed maturato procinctu ire perrexit. Res interim ſilentio tegitur. Pariſienſis tamen ſe dolens iniuriatum ſimilem Antiſtiti*

Iniuria à Pariſiẽſib⁹ afficitur.

*retributionem machinatur. Vnde ſacra die B. Dionyſii Pariſiorum Apoſtoli, rex inuitatum Epiſcopum, qui ſolemnem miſſam omni cum clero celebraturus gratiam pro gratia reciperet. Paruit Antiſtes, dieq; ſacra Pontificiali cum gloria ornatus procedens, alium neſcio quem gentis illius Epiſcopum altario aſtare reperit. Intellexit eruditus animus veteris iræ vltionem, ſed quoniam ſe ſacris miſſalibus initiauerat, aliud ad altare diuertit, ſuisq; cum ſequacibus impoſitam miſſam expleuit; & nec regi valefaciens, impranſus ſuis comitatus ciuitatem egreditur; innoteſci volens tam regi quam ciuitati pro illata iniuria iudicium eis affuturum. Nec vltra moratus, ſuos comprouinciales requiſit, ſumptus & neceſſaria parat, caſtra militum ordinat, reuerſusq; regem cum ſuis omnibus expugnat, propellit & exturbat, ciuitatem flammis abſumit & vaſtat, & victor regreditur.* Idem inſinuant Chron. Colon. pag. 132.

Pariſios capit.

Verùm huic an fides narrationi habenda, prudenti lectoris iudicio relinquo. Mihi ſane ex alijs ab eo relatis illius fides videtur vacillare. Inter reliqua, n. tradit Ludolfum parẽti fuiſſe offensũ, quod parẽs Ottonẽ ex ſecũdo matrimonio progenitũ regio diſpoſuerit coronare diademate, quod ſane cõſtat omnino à vero abire; cũ illo anno Ludolfus iã fuiſſet extinctus. Obierat enim in Italia Ludolfus anno 957. de Ottone verò inaugurando actum eſt anno 961. vt author eſt Regino ad vtrumque ann. Diſſidebat Ludolfus à parente, propter ſecundas ab ipſo initas nuptias. Vt ex eodem Regin. Witichind. Dithm. licet colligere, non propter augurationem. Retuli tamen rem ex compendio BRVNONIS, ne lectori lateret. Circa annum quoque 950. S. Archipræſul laborauit de Eccleſiæ Bremenſis quæ olim illi fuerat, vt loquuntur, ſuffraganea recuperatione. Erat enim illa iam à Colonienſi per Pontificem abſtracta, atque à ſuo regebatur Archipræſule, cui alij nunc parebant ſuffraganei. Sed vir nobilis auctoritati cedens Adelgagi Archiepiſcopi Bremenſis, interuentu Erponis Diaconi, qui poſtea Verdenſis creatus Epiſcopus, in gratiam redijt, ac ſummopere Eccleſiam commendauit Bremenſem, quod in tantis gentilium verſata periculis digna ſit, quæ à nemine lædatur, ſed quæ omni conſolationis amore foueatur, atque ab omnibus vbique celebretur. *Ita Adam. Bremenſ. Albert. Stad. ad ann.* 948.

Bremenſis Eccleſia olim ſuffraganea Colonienſis.

*Bar. ad ann. 965. n. 1.*

Wormatiæ fratrem ſuum Ottonem ex Italia reducem ipſa Purificationi B. Virginis feſta die excepit, atque cum eo per quadragenarios eſuriales dies in Ingelheim hæſit, inde Paſchate celebrato Coloniam cum fratre profectus eſt.

Virtutes vt eius recolamus, Religioſi cultus diuini ſtudioſiſſimus vir Dei, ſub re diuina, vti non alias admittebat cogitationes, ne dum

cum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cum alijs colloquia; ita neque hæc in alijs tempore illo ſacro patiebatur. Colloquia ſub diuinis quam periculoſa.
A exiſtimabat enim, & recte, vniuerſum illud tempus continuis tranſigendum orationibus. Hinc priusquam ſummo inauguratus ſacerdotio, cum fratrem ſuum Henricum aduertiſſet, cum Cunone in affinem aſſumpto, ſub diuinis rebus ſermones miſcentem, fertur ex præſaga mali alicuius mente hæc illis prædixiſſe! *O in quantam inimicitiarum amaritudinem iſta in hoc tempore tremendo malè parta contubernia reſoluentur.* Cui vaticinio non multò pòſt euentus fidem fecit. Nam Conradus Dux, qui in Italia relictus, Papiam manu militari tenuerat cuſtodieratque, auctor fuerat Regi Beringaro, ipſum vt comitaretur in Germaniam, pollicens B acturum ſe apud Regem Ottonem, pax vt vtrimq; reconciliaretur. Comitatus Beringarus vno ab vrbe regia milliari regificè à Ducibus, Præfectis, Palatinorumque primoribus exceptus, atque in vrbem fuit quidem introductus; ſed in hoſpitio præparato iuſſus eſt remanere, in quo triduo relinquebatur. Quod male Conradus, qui Regem Beringarum adduxerat, & Ludolfus Regis filius accipientes, ſiniſtrè de Henrico Regis fratre ſunt ſuſpicati: quaſi ipſo Henrico authore Beringarus ab audientia excluderetur. Huc accedebat, quod & conuicijs Ludolfum matre ſua iam deſtitutum Henricus proſcidiſſet. Interea tamen Beringa-C rius cū Rege Ottone egit, atque in gratiam ab eo receptus in Italiam reuertit. A cuius diſceſſu Ottonem regiones Francorum viſitaturum filius ipſius Ludolfus generque Conradus ex inſidijs petiuerunt; ipſi vt oculos eruerent, Henricum verò Regis fratrem vt vinulis manciparent; quibus cognitis Rex Moguntia reuerſus illuc Fridericum Archiepiſcopum Moguntinum, ab Eremitis, quibuscum rigidam ante paſchales ferias Epiſcopus peragebat vitam, reuocauit; à quo nefaria filij Generique Conradi didicit conſilia: Imperator (qui Moguntia diſcedens, relicto Aquiſgrano, quod nihil Regi apparatum fuiſſet, iuerat in Saxo-D niam) filio generoque ſuo Cunoni imperauit, vt vel auctores ſceleris exhiberent puniendos, aut certe ipſi haberentur hoſtes. Interueniebat quidem pro ipſis Archipræſul, pacem facturus, ſed vocatus à Rege in ſuſpicionem atque ab aulicis fuit illuſus. Vir alioquin plurimæ orationis, prolixæ in pauperes liberalitatis, ac gnauus in ſpargendo Dei ſemine, cui in Fridslarienſi conuentu multa obiecit Henricus: vnde graui in ipſum Pontificem exarſit ira Imperator, qui illic & Dadanum & Wilhelmum Præfectos, atque in Biertannico bello ſtrenuos, natione Thuringos ſibique charos, diſcuſſa cauſa, quod non ſatis ſe expurgaſſent, in

exilium

exilium pepulit. Soluto conuentu, vbi Rex in orientalem profectus fuit plagam; Lotharingi acceperant Conradũ Regi inuiſum, contraq; ipſum Cunonem arma arripuere, atque terris ſuis eiecere, vt ſupra pluribus explicui. Poſtea ipſe quidem Conradus * iterum gratiam cum Rege Ottone init, ſed ita vt amiſſo ſuo Ducatu, omnibus ſpoliatus diuitijs, vita tantùm, patria, ac prædio acquieſceret. Ducatus verò B. BRVNONI eiuſque ſucceſſoribus perpetuum cederet. Ludolfus quoque ſuum Ducatum coactus fuit cedere Burchardo, vt patri, authore S. Vdalrico Auguſtano Epiſcopo, reconciliaretur. *Ita Regino ann.* 954. Ipſemet tamen deinde auctore B. BRVNONE patruo ſuo, Regnum Italiæ obtinuit, *Baron. ann.* 954. *n.* 3. Ecce quam difficiles miſta in ſacris colloquia ſortiuntur exitus, Quis id ſibi paſſus perſuaderi, niſi graues à me nominati authores aſſeruiſſent. Diſcite igitur inter ſacra linguis fauere.

*Cuno.

Reformat mores.

Inſtituit Canonicos S. Andreæ.

* *S. Mariæ habet Sur. in Brunone.*

Porrò B. BRVNO creatus Archipræſul nihil tam ſibi neceſſarium putabat, quàm in ſua diœceſi religionem integram conſeruare. Vnde ſi alicubi forte diſciplina religioſa exulabat eam reſtituebat. vniuerſæ pene Hannoniæ corruptos mores Eccleſiaſticos reformauit. Virgines S. Matthæi * in foſſa vt nuncupant incolentes quod familiarius nonnihil cum fratribus S. Petri vicinis agerent, in Königſtorff tranſtulit in quarum locum ſubſtituit valde inſignis atque inter cætera eminentis collegij Canonicos, qui templum illud S. Matthæi nunc S. Andreæ nuncupatũ cultu exornarẽt diuino. *Ita Sur. & mſcr.* Sonagiẽſe quoq; monachorum monaſterium in Canonicorum ſæcularium mutauit collegium. In monaſterijs ac Religioſorum conuentibus neminem ociari patiebatur, ignauum pecus à præſepibus arcendum eſſe dicebat, omnem vitæ luxũ ac veſtium molliciem execratus eſt, & ſuo exemplo alios ad bonæ vitæ mores prouocare ſtuduit. Non erubuit tam nobilis vir verbum Dei (cũ polleret facundia) magno fructu concionari & prouinciam ſuam diligenter viſitare. O quam diſſimiles in Eccleſia ſæpe mores! Varijs diſtractus negotijs, magnam diei partem, ſacrarum Scripturarum tribuit lectioni, atque orationibus inprimis vacauit. Commentatus eſt in Pentateuchum & in quatuor Euangeliſtas. Deinde in conquirendis ſacrorum corporum reliquijs, quibus vel ſuam exornaret ciuitatem vel excoleret diœceſin, plurimum elaborabat. Per Hadamarium Fuldenſium Abbatem, qui monaſterium Fuldenſe magnifico conſtruxit opere, *vt author eſt Marian. Scot. ad ann.* 956. ac Legatus iuerat Romam, Sacras S. Panthaleonis exuuias Vbijs ſuis obtinuit, vt dixi ſupra; in cuius honorẽ inſigne

Viſitat prouinciã & concionatur.

Coloniam reliquiarũ theſauro ditat.

anno

anno 954. ex deſtructo Tuitienſi caſtro & Ponte Conſtantiniano, quo
A inſtructus erat Rhenus, excitauit monaſterium Panthaleoninum, cui
primum præfecit Abbatem Chriſtianum, qui ad ann. vſque 1001. ſuam
prorogauit vitam. *vt aſſerit Trithem. in Chron. Hirſchaug.* Ab vrbe quoque
Romana, vt teſtis eſt Sigefrid ad ann. 953. Coloniam tranſtulit corpora
SS. Eliſij (quem Eliphium vocat Rotgerus in vita S. Brvnonis) in
S. Martini æde Scotorum monaſterio reconditi, Priuati, Gregorij *Dith. Trith.*
(*quem Trith. in Chron. Hirſch. anno 964. Miræus d. l. Spoletanum nuncupant*) Pa- *Hirſch ann.*
trocli, cum baculo S. Petri. *964.*

Verum anno 953. S. Archipræſul non aliàs, quam S. Panthaleonis re-
B liquias Roma per Hademarium legatum accepit, vt paulo ante tradidi. Reliquiæ
Reliquas, quarum meminit Rotgerus in S. Brvnone noſtro, haud du- S. Pantha-
biè à ſuo accepit fratre, Roma ſub annum 665. redeunte, cui Worma- leonis.
ciam vſque obuiam proceſſerat S. Brvno. Licet ex Dithm lib. 2. tradat *Dithm. lib. 2.*
Baron. ann 965. SS. corpora, quæ ſecum tulit Imperator, Parthenopo- *Adam. li. 2. c.*
lim fuiſſe translata, quorum nomina ſingulis inſcripta ſunt columnis. *6. Baron.*
Fuerat in Comitatu Imperatoris Adeldagus Archiepiſcopus Bremen- *ann. 965.*
ſis, qui precioſis quoque diuorum corporibus diues in ſuam reuerſus
prouinciam, ea per parœcias ſuas diſtribuit; Erant autem ea Cyriaci,
C Cæſarij, Victoris, Coronæ, Felicis & Feliciani, Coſmæ & Damiani. Quin
& ipſum Archipræſulem Hamburgum vſque comitatus Benedictus S.
Pontifex vbi Italia eiectus in exilio fuit extinctus, nec à Nordmannis vel
alijs occiſus. Deinde precioſum S. Patrocli corpus, non Româ (vt pla- S. Patrocl.
cet Sigeberto & Trithemio in Chro. Hirſchaug. an. 964.) ſed ab Anſgi-
ſo Trecaſſinenſi * Epiſcopo, quē ſua depulſum ſede reſtituerat S. Brv- ** Carcaſſo-*
no accepit, atque initio Coloniam, inde Suſatum Saxoniæ oppidum in *nenſi mſcr.*
Eccleſiam Canonicorum ab ipſomet inſtitutorum & dotatorum tradu-
xit, vbi etiamnum ad inflammandos pios ciuium animos aſſeruatur, vt
D teſtis eſt locuples Rotgerus Benedictinus, qui ſub ann 1040. S. Bruno-
nis vitam conſcripſit. Idem hic author eſt *cum Trithemio in Chron. Hirſch.* Baculus S.
*ann 964.* Baculum S. Petri, non Româ, vt volebat Sigebert. ſed Metis Petri.
accepiſſe S. Brunonem atque in cathedrali Eccleſia recondidiſſe, qua
vero ratione illum obtinuerit, non liquet. Certè ab hoc tempore aliena
eſt Chronicorum Colonienſium occaſio, qua traduntur Treuirenſes
direptis ab Attila Hunnorum rege vniuerſis Galliæ ciuitatibus, ſacras
ſuæ vrbis reliquias, inter quas & baculus numerabatur S. Petri, in Me-
tenſium miſiſſe vrbē, quam ſolā ex diuini numini volūtate à B. Seruatio
Tungro-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tungrorum Epiſcopo(qui Romæ pro populi ſui ſalute deprecatus fuerat)ſibi propoſitâ intellexerant liberam fore ab omni hoſtium incurſione, qua deferueſcente ſuas Treuiri repentes reliquias, eas præter S.Petri baculum receperint. Nam baculum ea tempeſtate à Metenſibus extorſerat S.Brvno *Ita Chronic.* Verum Attila, de quo S.Seruatius in vaticinio ſuo, non ſeculo nono, quo vixit S. Brvno, ſed ſæculo quarto, temporibus S.Euergisli, de quo ſupra egimus, illas Eccleſias afflixit, & maximè circa annum 453. *vt refert Sigebert.* Pannonijs egreſſus Gallias vaſtauit, ac depopulatus eſt Metenſibus tamen diuina prouidentia nihil potuit nocere. Nam quotquot ipſorum Præſulem cum alijs ciuibus interceperant, cœcitate percuſſi, liberos eos dimittere ſunt coacti. Vult tamen Gregor. Tur. *lib. 2. hiſt. Franc. c.5.6.* neque Metenſibus parcitum, ſed incenſa vrbe occiſis ante altare ſacerdotibus, ſoli parcitum S.Stephani oratorio. Ipſe porro baculus à Colonienſibus retentus, donec Ecberto ipſius oratu pars baculi inferior reſtitueretur à Warino Colonienſi Archiepiſcopo retenta Coloniæ parte ipſius baculi ſuperiore. Verum Thrit. d.l. Metis ſcribit ſupremam dũtaxat baculi partem à Brunone fuiſſe obtentam. Author quoque eſt Trith. d.l. S. Agilolphi corpus Malmundario, Coloniam à S.Brunone noſtro fuiſſe traductum.* Porrò S. Archipræſul corpus S. Euergisli Tungris tumulatum in Colonienſem D. Cæciliæ traduxit Eccleſiam vbi argenteæ auroque obductæ incluſum capſæ, etiamnnm aſſeruatur. † Denique idem S. Archipræſul vincula S Petri Româ accepta, in ſuam tranſtulit vrbem Colonienſem, vt teſtatur idem Rotgerus. Ex quo illud, conſpirante tot ſeculorum à Maioribus noſtris accepta traditione (cui reclamare nefas eſſet) habeo certum, catenam S. Petri Coloniæ detineri. Quando autem eo ſit tranſlata, necdum comperi; Forſitan iam ante à Carolo Martello Francorum Rege Coloniæ palatium tenente, qui eam ſibi à Gregorio Papa, deſtinatis ex Italia Legatis vna cum venerandi ſepulchri clauibus tranſmiſſam, dono accepit, oblatosque conſulatus Romani faſces admiſit, ita vt ſi opus eſſet, Italiæ à Leone Imperatore Iconoclaſta afflictæ, cum exercitu ſuccurreret; quod ipſum miſſis Grimone Abbate Corbeienſi, & Sigeberto, recluſo (*vt inquit Zonaras in appendice Gregorij Turonenſis c. 110. ex authore ſui temporis*) Baſilicæ S. Dionyſij Martyris, Legatis cum magnis muneribus Romam ad limina SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, icto fœdere ſanctè promiſit, & confirmauit; *vt auctor eſt Baron. ad ann. 726. n. 41.* Nequaquam autem exiſtimarem adſcribendum B. Brvnoni, quaſi ea

S. Euergiſlus.

* *ita Sigeber. 955.*

† *Rotger. in vita Brunon. apud Sur. c. ibidem.*

Cathena S. Petri.

A B C D

ex Italia, primitus intra vrbis mœnia inuexerit; niſi quis forte dixerit,
A ideo ipſi adſcribi, quod ſingulari ea proſecutus fuerit honore. Sed quid obeſſet, ſi quis aſſereret, S. Petri vincula Ioppiliæ, vbi plurimum olim habitauit Carolus Martellus, in Diœceſi Leodienſi relicta, deinde donatione exulis Ratherij, ab Archipræſule noſtro, Epiſcopatui Leodięſium præfecti, ſub ann. 954. grati animi teſtificandi cauſa, in S. Archipræſulem tranſlata Colonięſibus ceſſiſſe? cum illam Tricaſſinęſis Epiſcopi gratitudinem, accepto S. Patrocli pignore ſupra viderimus ab ipſo S. Archipræſule fuiſſe admiſſam. Atque ita B. noſter non ipſa proximè Româ accepiſſet vincula, vt placet Rotgero in BRVNONE, ſed ex Leo-
B dienſi Epiſcopatu. Verum hic nodus; Quomodo Româ obtinuerit. Nō n. ipſe B. BRVNO Româ attulit (cum ipſe nō obierit Italiam; nemo n. id teſtatur) nec à ſuo Legato Hademario, nec à fratre Ottone, ea accepit, cum frater corpora tantùm Sanctorum ſecum ſcribatur ex Italia exportaſſe. At inquies? Romæ aſſeruatur catena S. Petri; non igitur Coloniæ? Reſpondeo, plures referri catenas, quibus S. Petrus aliquando fuit conſtrictus, ex quibus duæ Hieroſolymitanæ, * vna Romana. Nam quibus ſub Herode Agrippa fuit ligatus S. Apoſtolorū vertex, ipſeq; Hieroſolymis cuſtoditæ fuerunt catenæ, atque à Chriſtiano quodā Agrippæ familiari
C per plurium, quatuor iſtis ſeculis, manus traditæ, tandemque detectæ fuerūt, * quarū altera diuino ſane miraculo ab Eudocia Auguſta Hieroſolymis allata, atque filiæ ſuæ Eudoxiæ Romam tranſmiſſa, fuit ſine vllo hominis ſtudio Romanæ vnita; inde in templo Romæ Exquilino ab eadem Eudoxia ædificato fuit recondita; Alteram verò Hieroſolymitanam, quam ſecum abſportauerat Eudocia, Theodoſio decimum ſeptimum & Feſto Coſſ. Eccleſiæ reliquit Conſtantinopolitanæ in honorem S. Petri ædificatæ, *vt teſtātur Baron. & Bzouius ad an. Chriſti 44. n. 6. & ad ann. 439. n. 1. ex Nicephoro lib. 14. c. 2.* Vtraque Eccleſia in ipſorum vinculorum memoriam 1. Aug. ferias celebrat ſolemnes. Præter has duas Hiero-
D ſolymitanas datur Romæ vna qua S Petrus Romæ ſub Nerone fuit cohibitus. Conſtat etenim ipſum Romæ, obiecto ſibi per viſionem Chriſto, qui eum his affatus erat verbis; VADO ROMAM ITERVM CRVCIFIGI, in vrbem regreſſum vinculis ſe induiſſe. De quibus vinculis Romanis (nam Hieroſolymitana necdum reperta erant) præclarè S. Auguſtinus *de Sanct. ſerm. 29.* ſcripſit. In ipſa Romana vincula, vt conſtat *ex Act. Alexand. Papæ apud Sur. die 3. Maij*, Balbina Virgo, filia Quirini

* *Act. 12. vinctus catenis duabus.*
* *Metaphraſtes 1. Auguſti apud Sur.*

Tribuni iuſſu Alexandri Papæ ſub ann. 132. pro fide Chriſtiana occiſi, à quo fuerat Chriſtianam fidem edocta; inquiſiuit, atque inuenta eſt A ſummopere venerata. Hæc deinceps cuſtodita, & ad poſteros per manus tranſmiſſa, indita eis diuina virtute, miraculis coruſcarunt. Qua de re à Patribus, mirificis præconiis ſunt celebrata; Ex illis quoque tenuia ramenta Chriſtianiſſimi principes ex collo ſuſpenſa, religionis cauſa ſolebant geſtare, quæ ſola mittebantur Eccleſiarum proceribus: *Baron. ad ann.* 439. 7. qualia Sanctus Gregorius Columbo Epiſcopo Numidiæ tranſmiſit: *Baron. ad ann.* 593. 29 Deinde Eulogio Epiſcopo Alexandriæ: *Baron. ad ann.* 603. 4. Id mihi hoc loco ſufficit, oſtendiſſe plures omnino dari catenas, ex quibus vnam aut vnius partem, B vel à Rotario Epiſcopo acceperit S. BRVNO, vel à Carolo Martello Francorum rege acceptam nouo dignatus fuerit honore, cũ Deus per illas mira operaretur. Nam vt teſtis eſt Sigebert. ad ann. 969. poſt obitum Archipræſulis noſtri, Comes quidam arreptitius Ottoni M. familiaris, cum offerretur Ioanni ſummo Pontifici curandus; cui vt ſubueniret Pontifex, iuſſit arreptitij collum Sancti Petri catena mirè olim vnita circumdari. Sacerdotes aſtantes fraudem, ſi qua ſubeſſet, exploraturi, inijciebant quidem in miſeri hominis collum vnam alteramve catenam, at nihil proficiebant; tandem vera illa S. Petri catena vbi C arreptitij collum circumfudere, Dæmon ſpumante ore, plurimoq; cum eiulatu hominem deſeruit. Quod vt vidit Theodericus Metenſium Epiſcopus, Imperatoris Ottonis conſobrinus, manum catenæ implicuit, non eam dimiſſurus, niſi & manus illi præſcinderetur. Compoſuit litem Imperator, ita vt ad ipſius interceſſionem annulus catenæ exſectus Theoderico donaretur, quem ipſe donatum ſibi à ſummo Pontifice ſecum in Galliam detulit; Non videntur eum Colonienſes accepiſſe, cum non vnum catenæ, ſed plures habeant vncos; Deinde, nec poſſet aſtrui, catenæ partem ſub Beato BRVNONE Coloniam fuiſſe D translatam, ſed fortè ſub Gerone; cum primum Roma ſit iſte vncus ſub ann. 969. allatus, ante quem iam anno 965. obierat B. BRVNO. Quare illam Caroli Martelli catenam nos beneficio BRVNONIS hic Coloniæ exiſtimo poſſidere.

S. Bruno pacificus. * Lion.

Mirus etiam fuit S. Archipræſul in componendis animorum fluctibus. Nam Legatus à fratre miſſus, Lugdunenſem * Prouinciam in varias ſciſſam partes adunauit; Epiſcopum Metenſem ſede ſua pulſum reſti-

reſtituit. Ratherium quoque ſcriptorem illius ætatis illuſtrem, atque E-
A piſcopum Veronenſem inuidorum perſecutione, Epiſcopatu ſuo deturbatum, perbenigne accepit, ſedique præfecit Leodienſi, tandem ſedi Veronenſi ſecundo reſtituit. *Baron. ad ann. 954. n. 9.* Vnde vulgatus hic verſus: *Veronæ Præſul, ſed ter Ratherius exul.*

Compendium quoque in Gallias profectus, vt diſcordantium inter ſe nepotum ex ſororibus, Lotharij Regis, & Hugonis filiorum animos in concordiam reuocaret, vbi nonnihil morbo tentari cœpit, vnde Remos regreſſus, teſtaméto cõdito, quicquid illi ſuperfuit, SS. Eccleſijs le- S. Bruno moritur.
B gauit; *vt teſtis eſt Sigeb. ad ann. 965.* & vti prædixerat, quinto morbi ſui die, qui erat 5. Id. Octob. ſeu 11. Octob. anno Chriſti 965. ætatis ſuæ 40. ordinationis 15 *(Dithm.)* Epiſcopatus verò 12. animum vberrimis lachrymarum imbribus irrigatum ad cœlos tranſmiſit *(Ita Regino Dithm. lib. 2. Schaffn. Sigebert ad illum ann.)* quem S Pauli deprecatione pij cœlorum incolæ tabernaculis perennantibus recepere *(Monachienſes faſti)* Corpus eius à Theoderico Metenſium Epiſcopo Coloniam remiſſum *(Ita Sigeb. d. l.)* Panthaleonitæ Colonienſes, quibus Abbatiam ex ponte rheni deſtructo excitarat, recondidere. Hoc ipſe viuus ſolenni vtebatur ſymbo-
C lo. VT SIS, QVOD VOCARIS, CVRA, vel illo Martialis. QVOD SIS ESSE VELIS NIHILQVE MALIS. Quæ omnia pluribus proſequitur monachus Panthaleonita Rotgerus, qui accuratè vitæ eius ſanctitatem poſteris tradidit. Vnde non immeritò Sereniſſimus & Eminentiſſimus Archiepiſcopus noſter & Princeps Elector FERDINANDVS Bauariæ Dux S. R. E. & I. Archicancellarius &c. apud Sedem Apoſtolicam inſtat, vt B. BRVNO, quem Tornacenſis diœceſis publico proſequitur cultu, & officio, vt loquimur, nouem Lectionum, honorat, toti Eccleſiæ Dei venerandus ſolemni renunciatione proponatur; Impetrabit, vti ſperamus, id ſua Serenitas, de quo dudum iam laborauit, ne inpoſterum reprehendamur, quaſi ciues minus pietatis impendamus diuo Tute-
D lari, quam exteri Tornacenſes. Hoc ei in Magdeburgenſium ſcriptis ſtatuitur Epitaphium.

Fundite corde preces, lachrymarum fundite voces,
Ecce PATER PATRIÆ, conditur in ſilice.
Regia progenies terras memoranda per omnes,
BRVNO pacificus, vir bonus, atque pius.
Archos Antiſtes, cui clara Colonia ſedes,
Viſus erat cunctis, charus vbique ſuis

Offendit tenebras lux viuaciſſima terras,
Inuida lingua tacet, laus modo vera placet, A
Non fuit hic mundus tam caro munere dignus:
Raptus ab hoc æuo, iam fruitur Domino.
Idibus Octobris quinto Præſul duodenus
Vitæ conceſſit, ſpes comes alma fuit.

Huic aliud ſubijcio ex monumentis S. PANTHALEONIS.

*BRVNO pacificus æterni Regis amicus*
*Me Duce, Paſtore, Rectore Colonia gaudet*
*Cum Duce Maieſtas & cum Duce regnat honeſtas*
*Sub Duce pax grata, multis & curia læta,*
*In Duce lex culta viget & ſapientia multa,*
*Cū Duce maiores ſunt, & pleriq; minores,*
*Sub Duce prudētes verſantur & inſipiētes,*
*Et merito vere ſcit quemq; decenter habere.*
*Tractat clementer humiles tumidoſq; potenter.*
*Clerus honoratur ab eo, populuſq́; iuuatur*
*Attollit plenos, opibus ſolatur egenos.*
*Nil patitur nequam, ſed legē diſcutit æquā.* B
*Delicias neſcit qui non ſub eo requieſcit.*
*Cum Duce multarū ſunt gaudia diuitiarū,*
*Hoc ſiquidē iuſte, quia diſpenſando venuſte*
*Non illas celat, ſed in his vt proſit, anhelat.*
*Iſti ſunt mores, quibus acquiſiuit honores.*
*Per quos & captat ſibi plures atq; coaptat.*
*Lætus, non triſtis ſemper perduret in iſtis.*

## TESTAMENTVM DOMINI ET IN CHRISTO VENERANDI BRVNONIS Archiepiſcopi fœliciter. C

*Ex archiuo S. Panthaleonis.*

BRVNO ſeruus Chriſti, filijs ſuis Coloniæ Deo militantibus. *Quæ in animum induxi, de rebus, quæ diuina mihi commiſit munificentia, diſpenſandis, veſtro roborari iudicio, inniti teſtimonio, ſi ipſum me præſentem hæc Deus vobiſcum communicare non ſiuerit, digniſſimum ſtatui ſcripto ad vos perlato. Eapropter ex ſententia* fratrum noſtrorum Theoderici, Wicfridi, qui & ipſi alumni veſtri ſunt, *cuncta conſciſcite, rectè Deo volente cuncta transagite, & quicquid theſauri noſtris opibus illati, Eccleſiæ, quicquid enim eſt, clauibus huius* Euizonis viri illuſtris Kimiliarchi S. Petri *cuſtoditur, præter ſi quid à miniſtris nondum relatum ſit; ne quid ab Eccleſia diuiſum eſſe videretur, ſub teſtimonio Chriſti & Eccleſiæ ante altare* D S. PETRI *palam* Domino Peppone protho & * iconomo *Eccleſiæ noſtræ congeſta diligentiq; ratione inſpecta, vaſa aurea & precioſiora quaque in miniſterio ſanctæ Dei genitricis Mariæ & B. Petri Apoſtoli* [a] *in ipſa Eccleſia in perpetuo vſu perpetuo conſecrētur. Cuppam auream, ſigillum & ſcutulam græcam, quæ penes nos ſunt, Beato Panthaleoni* [b] *Candelabra præterea, quæ in miniſterio noſtro ſunt, cotidiana, equitem argenteum à Maguntiaco Archiepiſcopo datum, Pallia decem optima, vaſa decem argentea ex melioribus, Libras centum ad clauſtrum perficiendum, trecentas ad Eccleſiam ampliandam, cortinam latiorem, menſalia tria, tapetia tria, ſcamnalia totidem, mappas*

** œconomo.*

*a Metropolitanæ Canonicis.*

*b S. Panthaleonis monachis.*

mappas triginta. Inſuper equarum quicquid nobis fuerit, ipſisq; Eccleſia reperta ſunt,
A exceptis villis quas Eccleſiæ noſtræ adquiſiui. [c] Langalon iuxta Rhenum Were-
betti. Heingelen Lidron. Wishem quam Moſa alluit. Domum quoque So-
brini noſtri Metenſis Epiſcopi & villam Bauingan, inſuper quicquid de re-
bus Eccleſiæ noſtræ tenet, trado. Detur etiam vſui Monachorum tertia pars huius anni
fructuum ad vſus noſtros elaboratorum. Ierichomium [d] loco competenti ad nutum
Abbatis non longè à cœnobio conſtituatur, cui quicquid nobis prædij Tuitij eſt Ierel-
felt præter in Saxonia vſque ſitum, & quicquid Geuchardus quondam Bō-
nenſis Præpoſitus iuxta Moſellam ſcitur habuiſſe, confero; & vt hoc bona
venia noſtri ſenioris & ſucceſſoris fieri queat, pro vtriusq; noſtrum remedio Ruthin-
ge, quod Eccleſiæ rebus opera noſtra augmentatum eſt, vt libet, vtatur, inſtar oratorij
B quod Beato Priuato conſtruimus iuxta altare S. Martini [e] in occidente Eccleſiæ, Bea-
to Gregorio Magno martyri, qui recens adductus eſt, fiat, vbi ſacratiſſimum corpus eius
recondatur. Huic fundando centum libræ legentur. Cuppas aureas fratribus noſtris ad
S. Petrum libras viginti. Cortinam menſalia duo, ſcamnalia totidem. Ad S. Gereonis
[f] altare vrcei magni, pallia duo, tapete ex maioribus, fratribus naues & libræ duode-
cim, menſale & ſcamnalia duo. Ad altare S. Seuerini [g] conſummandum quatuor
libræ auri, fratribus libræ octo, vaſa duo, menſale, ſcamnalia duo. Sancto Cuniberto
[h] ſcutulæ duæ, Sanctis Evvaldis duobus pallia tria, fratribus vaſa duo, libræ octo,
menſale, ſcamnalia duo, tapete vnū. Sancto Andreæ [i] libræ triginta, pallia quatuor,
totidem vaſa, candelabra duo, fratribus libræ ſex, Beato Eliphio martyri, Sancto Mar-
C tino [k] confeſſori tantundem. Prædium præterea Solagon per precariam noſtræ Ec-
cleſiæ adquiſitum. Ad S. Mariæ [l] altare, vaſa duo ex melioribus, monaſterio & clau-
ſtro perficiendo libræ cētum. Cortina, ſcamnalia duo, mappæ totidem. Ad altare S. Cæ-
ciliæ [m] auri libræ tres, cortina, candelabra duo, vaſa duo, tapete vnum, ſcamnalia
duo, in conſummando monaſterio libræ quinquaginta. Collegio illius monaſterij, libræ
decem, menſale. Ad Sanctas Virgines [n] vaſa duo, candelabra duo, pallia duo, corti-
na, tapete vnum, ſcamnalia duo, Sanctis monialibus libræ decem, menſale. Altari San-
ctorum martyrum Caſſij & Florentij [o] auri libræ duæ, baccina quæ penes nos ſunt,
D cuppæ duæ, pallia totidem, Fratribus libræ decem. Sancto Victori [p] & collegio tan-
tundem. Monaſterio & clauſtro Soſatio [q] fundando libræ centum, Altari ſex vaſa,
pallia totidem, tapete vnum ex maioribus, ſcamnalia duo, cappa & caſula ex noſtris.
Prædium præterea quod Wodilo de precario noſtro dedit, illud etiam quod Domi-
nus Poppo, Ricchildinghuſo & Aruite*, nobis ſatis nauiter adquiſiuit.

S. Archipræſulis vitam paucis perſtringit Leuoldus Northouius in
Catalogo Archiepiſcoporum Colon. mſcr. vbi ait: Viceſimus quintus, Bru-
no ſub Ottone primo, eius fratre, ſedit annos 12, qui dilectus Deo & hominibus, fortis

c Diœceſi.
d Ierichomio S. Pātalconis.
e Monachis S. Martini B Priuatum.
f S. Gereonis Canonicis.
g S. Seuerini Canonicis.
h S Cuniberti Canonicis.
i S. Andreæ Canonicis.
k S. Marti monachis.
l Virginibus B. M. V. in Capitolio.
m Virginibus S. Cæciliæ.
n Virginibus S. Vrſulæ.
o Canonicis Bonnenſibus.
p Canonicis Sāctenſibus.
q S. Patrocli Canonicis Suſatienſibus
* Eruite.

*in bello, magnus in Pontificibus, quaſi ſol effulgens in Eccleſia Colonienſi, in conſpectu*
*Regum & Principum magnificatus. Nam Imperatore fratre ſuo in Italia pro diſpo-* A
*nenda repub. moram faciente, Galliæ & Germaniæ tutelam & procurationem ſuſci-*
*piens, eandem prudenter ac ſtrenue adminiſtrabat, hoſtes reprimens, diſſidẽtes pacifi-*
*cans, paci potiſſimè ſubditorum inuigilans & ſaluti. Vnde Ducem Lotharingiæ, quæ à*
*Rheno vſque ad Moſam extenditur, rebellantem cœpit. Cui Imperator reuerſus ipſum*
*Ducatum abiudicauit & abſtulit, & dicto fratri ſuo Colonienſi Epiſcopo ob ſuam pe-*
*titionem & magnificentiam ſuisq; ſucceſſoribus & Archiepiſcopis in perpetuum con-*
*ceſſit.* Hæc ille.

## AVCTARIVM ET DISCEPTATIO DE IVRE GLADII. B

EX *hoc* S BRVNONE *in hiſtoria* S. ENGELBERTI *pag* 138. *Clericum Pariſien-*
*ſem erroris argueram, quod exiſtimaret principes Eccleſiaſticos ſeruari vix poſſe,*
*niſi repudiata poteſtate ſeculari. Cũ S. Bruno & poteſtatem eam retinuerit, & ſerua-*
*tus fuerit, quod nemo niſi Acatholicus negauerit. Attamẽ obſeruo ex Acatholicis, quod*
*licet S. Brunonem noſtrum varijs ornent laudum encomiis, hanc tamen ipſius poteſta-*
*tem ſæcularem multis dicterijs inſectentur, & contumelijs. Nam incuſant eum tanquã*
*primum, qui ſuo malo exemplo alios ad eandem inuitarit exercendam poteſtatem.*
*Sanctum igitur vt vendicem à contumelijs; notet velim lector, non B. Brunonem pri-*
*mum ſæculari vſum poteſtate, ſed duobus minimum ſeculis S. Cunibertum, ipſo S. Bru-* C
*none priorem, iam iure gladij ſæcularis fuiſſe potitum, vt proinde non S. Bruno, ſed S.*
*Cunibertus primus inter Archiepiſcopos ius gladij exercuerit. Quod non bene ac licite à*
*SS viris vſurpatum, volunt Acatholici. Verum ſi cum Meibom. in notis ad VVitichin.*
*lib. 1. accuratè vel ipſum VVitichindum legiſſent, aut fuiſſent trutinati, non ſanctos*
*culpaſſent viros, ſed illam in ijs poteſtatem commendaſſent. Nam Samuel licet ſacer-*
*dotem ageret Sanctum, non tamen ideo illicite exercuit poteſtatem ſæcularem; vt*
*bene inculcat VVitichind.* annal. lib. 1. Ac ne quis eum, *inquiens*, culpabi-
lem ſuper hoc dixerit, cum Samuelem Sanctum & alios plures, ſacerdo- D
tes pariter legamus & iudices, 1. Samuel. 7. v. 7. & ſeqq. vbi obtulit ſa-
cerdos pro populo, & eod. c. v. 15. dicitur; Iudicabat quoque Samuel Iſ-
raelem cunctis diebus vitæ ſuæ *&c.* Hæc ille. *Cui minime ſatisfaciunt aut vn-*
*quam ſatisfacturi ſunt Acatholici. Nam illa adminiſtratio Samuelis, vel bona fuit, vel*
*mala. Si mala, Ergo neque licuit Samueli; Malum enim nemini, nullo tempore licet.*
*Si bona, fuit; quare nunc mala. An enim bonum quod eſt, poteſt vnquam eſſe ma-*
*lum; ſi à nulla circumſtantia mala vicietur. Vel da mihi, quæſo, hanc circumſtan-*
*tiam, quare adminiſtratio bona, nũc non ſit bona, ſed mala. An hæc? quia à ſacerdote*
*exercetur? Apageſis. An enim non Samuel ſacerdos illam vſurpauit? Ergo ex hoc capite,*
*bona*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*bona quæ eſt adminiſtratio, non viciatur, quod tamen omnes Acatholici intendunt. At*
A *inquies; In veteri Lege Samueli ſacerdoti ea cõmendabatur à Deo, in N. vero lege S.*
*Brunoni fuit prohibita. Vbi quæſo? Quo in loco ſcripturarum diuinarum, apud quem*
*prophetam aut Euangeliſtam habetur hæc prohibitio, S Bruno Archiepiſcopus Colon.*
*aut S. Cunibertus non debent poteſtatem exercere ſæcularem? Nihil enim credis, niſi*
*quod habetur in ſacris ſcripturis? Vbi verò hæc prohibitio de S Brunone exſtat? vbi ſit*
*mentio in ſacris literis ſaltem Brunonis nominis? Nullibi. Nuſquam. Occurres; etiamſi*
*ſpeciatim non prohibeatur Brunoni, tamen generatim prohibetur; Vnde & de Bruno-*
*ne colligi poterit, ipſi ea poteſtate fuiſſe interdictum. Sed antequam reſpondeã, illud à*
*te rogo, vt mihi vel priorem tuam de Brunone prohibitionem in Scripturis expreſſam*
B *oſtendas, vel ſi id nequeas, fatearis eam in ſcripturis non contineri; ideoq́, per diſcurſum*
*Logicum & Philoſophicum ex aliquo ſcripturarum loco eruendum. Si hoc? quomodo*
*tuæ ſatisfacies doctrinæ fundamentis, quæ in rebus Theologicis Philoſophiam iubent*
*quieſcere, quoties contra te tuoſq́, ex ſcripturis argumentamur* Propter quod in-
excuſabilis es, *vt cum Apoſtolo loquar,* ô homo omnis, qui iudicas. In quo e-
nim iudicas alterũ, te ipſum condemnas, eadem enim agis, quæ iudicas.
Rom. 2. *Verũ his omiſsis, quæro à te, quo in loco generatim prohibeatur adminiſtratio*
*ſecularis? Si reſpõderis.* in epiſt. Ro. c. 13. v. 1. *vbi dicitur,* Omnis anima poteſta-
tibus ſublimioribus ſubdita ſit. *Ex hoc loco in æternũ non probabis, ꝙ intendebas.*
C *Nã qualis hæc eſt argumentatio. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit;*
*Bruno Cunibertus eſt anima (ſaltem ſynecdochicos.) Ergo Bruno & Cunibertus erunt*
*ſubditi ſeculari poteſtati, & non ſuperiores vtentes poteſtati ſeculari. An enim non eo-*
*dem modo concluderem; Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Tuus ô*
*Acatholice, princeps etiam ſummus, eſt anima ſaltem ſynecdochicos, Ergo tuus*
*princeps etiam ſupremus erit ſubditus & non ſuperior vtens ſeculari poteſtate.*
*Vides quam friuole ex hoc argumenteris loco, quem non intelligis. Senſus ipſius*
*eſt, omnis anima, præterquam ipſius in ſublimiori poteſtate conſtituti ſubiecta ſit ſubli-*
*mioribus poteſtatibus. Nam in ſenſu accommodo particula omnis, in hac propoſitione*
D *diſtributiua, vt loquuntur Philoſophi, accipitur, ſicut cum dicitur, omnia cælum tegit.*
*id eſt, omnia præter ſe ipſum, cælum tegit. Et probatur hic loci illius ſenſus eſſe ex eo,*
*quod ab vno oppoſitorum, alterum non contineatur, ſaltem in recto, vt loquuntur, ſed*
*potius excludatur; At eſſe in ſublimiori poteſtate conſtitutum, & eſſe ſubiectum, ſunt*
*oppoſita ſaltem relatiue. Quare ſe mutuo non includunt, ſaltem in recto, ſed excludunt.*
*Hoc igitur poſito fundamento, quod niſi omnino à ratione abire velis, negare non pote-*
*ris; aggrediar nunc ego tuo te iugulare gladio. Nam omnis anima inferior ſublimiori*
*ſubiecta erit poteſtati; Atqui Eccleſiaſtica poteſtas ſublimior eſt, quam ſæcularis, Ergo*
*ſæcularis ſubiecta erit Eccleſiaſtica & non contra. Maior propoſitio eſt S. Apoſtoli. Aſ-*
*ſumptio*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſumptio oſtēditur, quia haud dubie ea poteſtas ſublimior eſt quæ res excellētiores æſtimatione hominū dirigit ac curat, quā quæ inferiores. Inde enim ſublimior æſtimatione hominum cenſetur Magiſter in ſcholis, quàm vel ſubulcus, vel opilio, vel bubulcus, quia diſcipuli, quos regit, præſtantiores ſunt & excellentiores porcis, ouibus. Inde præfectus nobilium, excellentior ac ſublimior cenſetur, quam præfectus ciuium aut ruſticorum, quia nobiles pluris ſiunt ab hominibus, quam ciues aut ruſtici. Atqui Eccleſiaſtica poteſtas nobiliores res curat ac regit, quam poteſtas ſæcularis; Illa enim regit animas & bona animi, hæc verò bona curat multò inferiora; Occupatur enim hæc circa res inanimas, ſeu bona fortunarum, vt videre eſt ex toto titulo de Lege Aquilia, ex tit. familiæ herciſcund. &c. ſi quadrupes pauper feciſſe. de furt. de mutuo, cōmodato, depoſito &c. deinde verſatur circa bona aliqua famæ, vnde tituli de iniurijs & libellis famoſis. quin etiā circa bona corporis, vt oſtēdit L. Iulia de Sicarijs &c. Sed bona fortunæ, famæ aut corporis nunquam tam excellentia ſunt, ac bona animi; cum hæc illis infinitis partibus anteſtent. Et eſto, interdum curaret bonum aliquod animi, id tamen indirectè valde & in ordine tantum ad finem naturalem, tranquillitatem ſcilicet, & ſalutem reip. temporalem. At Eccleſiaſtica non temporalem ſpectat finem, ſed ſpiritualem, & æternum; quis vero neget temporalibus ſpiritalia excellere? niſi veritatem ipſam falſitatis velit redarguere. Quæ ſpiritualia omnium primo iubet quæri, reliqua verò cenſet tanquā adiectitia & auctaria. Nam Matth. 6. 33. Luc. 12. 31. inquit; quærite primum regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis. Aut niſi quis doctorem S. Apoſtolum Paulum erroris conetur inſimulare qui terrenæ reputat ſtercora & detrimentum, eaque vilipendit præ ſpiritalibus; Ait enim Philip 3. 8. Veruntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam. Quæ ſingula pluribus ſapientiſſimus Salomon Eccleſiaſtes probat, idque omnium inductione rerum concluditque de temporalibus hoc modo; Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Quid habet amplius homo de vniuerſo labore ſuo ſuo, quo laborat ſub ſole? quaſi diceret, nihil &c. Vnde cum ſpiritalia ſint nobiliora & ſublimiora, quam ſæcularia & temporalia, poteſtas ipſa, quæ circa ſpiritalia verſabitur, nobilior & ſublimior erit, quam ſit illa, quæ circa ſæcularia occupatur. Et ſi ſpiritalia ipſa regit, quanto magis ſæcularia. Quod ipſum ſi vel à me audire recuſas, ſaltem audias ex Apoſtolo ita 1. Corinth. 6. v. 3. loquente:* Neſcitis quoniam angelos iudicabimus, quanto magis ſæcularia? ſæcularia igitur iudicia ſi habueritis, CONTEMPTIBILES qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum. Ad verecundiam veſtram dico &c. *Audin! quantæ ſint apud ipſum dignitatis, ſi cum ſpiritali conferantur poteſtate. Quare ſi omnis anima ſubiecta erit* NB. *ſublimiori poteſtati, etiam ſæcularis ſubiecta erit ſpiritali poteſtati, quippe hæc illa multo*

A B C D (margin letters); NB. (left margin)

A to ſublimior & nobilior. Vide nunc quaſo & aduerte ad ſcripturam ſacram, vter potius illi inſiſtat, tu, an ego. Ego cum Apoſtolo dico, & aio, omnem animam inferiorem debere ſubdi poteſtati ſublimiori; At tu contra Apoſtolū doces, omnē animā ſublimiorē debere ſubdi poteſtati inferiori, & non ſublimiori. Vah! quæ illa ſcripturarum ſacrarum adultera interpretatio & corruptela. Agnoſce tandem errorem, & diſce tempori ſapere. Relinquitur ergo ex hoc loco, non vllam poſſe oſtendi prohibitionem, qua Deus ſacerdotes à iudiciaria vocet poteſtate; nec etiā quippiam ſæcularibus de ſua detrahere poteſtate, cum ſæculares ex allata Apoſtoli doctrina Eccleſiaſticis vtpote ſublimioribus teneantur ſubeſſe, eosq; duplici honore proſequi. 1. Tim. 5. 17.

Sed alterum, quo plurimum triumphant, diſcutiamus argumentum. Ais: Apoſtolus
B 2. Tim. 2. 4. dicit: Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſæcularibus. At Eccleſiaſtici militant Deo, Ergo &c. Præclare! Annon eodem modo tibi & omni tuo magiſtratui abrogabis magiſtratum? Nam nemo militans Deo implicat ſe negocijs ſæcularibus: atqui tu & omnis tuus magiſtratus ciuilis militatis Deo, ergo neque tu, neque magiſtratus tuus ciuilis implicabitis vos negotijs ſæcularibus, Propoſitio eſt Apoſtoli; Aſſumptionem audeſis, neges. Et ego quid illaturus ſum, accipias. Profectò id mihi negare non poteris, quod qui alicui militat, illi ſeruiat. Vnde ſi neq; tu, neque tuus magiſtratus ſeruitis Domino Deo, Ergo Deum odio habetis, Ergo Dei hoſti ſeruitis. An enim neſcis: Matth. 6. v. 24. ſcriptum: Neminem poſſe duobus Dominis ſeruire, aut e-
C nim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum ſuſtinebit, & alterum contemnet. Non poſſe quem Deo ſeruire & Mammonæ &c. Quod ſi igitur Deo te cum tuo magiſtratu militare aſſeris, iam eadem vtrumq; obligatio tenebit; Cum nec te, nec tuum excipiat magiſtratum; Ergo nullus apud vos erit magiſtratus ciuilis, cum prohiberi à Deo dicatis; quæ doctrina cum ſit falſa, Anabaptiſtarum hæretica, à nemine profectò eſt admittenda. Quare alius iſtius loci eſt quærendus ſenſus, non tuus, quem ex tuo tuorumq; capite affers, ſed quem Spiritus ſanctus per Eccleſiam ſuam Catholicam nobis proponit. Prohibet autem Apoſtolus, quempiam implicari ἐμπλέκειν negocijs ſæcularibus, non autem ſæcularia poſſidere. Aliud verò eſt implicari ſæcularibus, aliud ea poſſi-
D dere. Implicatur, qui quaſi retibus illaqueatus ac velut fera capta, ſe ſuumq; animum expedire nequit, quo minus animum ſuum ad Deum diuinaq; contemplanda dirigat. Qui vero poſſidet tantùm nec ijs implicatur, animū ſuū velut alter Samuel, ac Moyſes ad Deum poteſt conuertere; Non hoc, ſed illud tantum prohibetur. Quem ſenſum verum & genuinum eſſe ipſemet S. Apoſtolus partim 2. Cor. 6. v. 4. & 10. inculcat, partim 1. Cor. 6. 1. ne quis putet tantum ſæcularibus & non Eccleſiaſticis concedi facultatem tractandi & poſſidendi ſæcularia, ait priori loco de ſe & omnibus Corinthijs: In omnibus inquiens exhibeamus noſmet ipſos ſicut Dei miniſtros &c. ſicut egentes, multos autem locupletantes; tanquam nihil habentes, & OMNIA poſſidentes. Poſterio- NB.

*ri verò idem ait Apoſtolus* 1.Cor.6 1.2. *Audet aliquis veſtrum habens negocium ad-
uerſus alterum, iudicari apud iniquos & non apud Sanctos? An neſcitis, quoniam* A
*Sancti de mundo iudicabunt. Quibus verbis increpat Corinthios Apoſtolus, quod apud
gentiles ſæculares, & non Chriſtianos ſanctos, qui mundum ſunt iudicaturi, ſua
tractent negocia. Atqui ex tua Acatholice, opinione iniuſtè reprehendiſſet S. Apoſtolus
Corinthios, quia ex tua opinione non licitum illis fuiſſet, ſed prohibitum accedere Ec-
cleſiaſticos iudices, ſed debuiſſent adire ſæculares, qui erant gentiles & non ſancti. Nunc
iterum quæſo mecum perpende, vter ſcripturis potius inhæreat, tu an ego. Ego cum S.
Paulo apud Eccleſiaſticos agi poſſe de negocijs ſæcularibus qualia erant, de quibus illi
contendebant, fruſtra enim de ſacris apud profanos egiſſent, nec tam ſtolidos fuiſſe cre-* B
*diderit quiſpiam Corinthios. Tu vero contra Apoſtolum audes ab Eccleſiaſticis prouo-
care ad ſæculares? Vide quid agas. Durum eſt tibi contra veritatis ſtimulum calcitra-
re. Agnoſce igitur germanum loci illius ſenſum, quem alij SS. Patres, à quibus ſcriptu-
ræ interpretatio petenda eſt. 2. Pet. 1. v. vlt. tibi in ſcriptis reliquere. Ex illorum mente
inculcat hic Apoſtolus, quod olim de diuitijs tradiderat Regius Propheta David. Pſ. 61.
v. 10. vt diuitiis ſi affluerent, nolint ſuum cor apponere; ita &c. de poteſtate philoſo-
phandum, quod poteſtas ſi affluat, nemo debeat vt cum ſcripturis loquar, cor apponere,
aut ab illa pati, vt animus abripiatur, quo minus Deo vacare poßit. Hoc enim pa-
ti, malum eſt & omnino fugiendum Nunc verò, quis S. Brunonem aut S. Cuniber-
tum à ſæcularibus ita abreptum audebit aſſerere, vt Dei immemor, ſæcularibus fuerit* C
*implicatus, aut totus reipub. munijs diſtentus aut occupatus. Quid ais Meibomi? In ad-
miniſtratione (inquis in annot. ad VVitichind lib. 1.) tam Eccleſiaſtica quam politica
oppido gnauus fuit & induſtrius; Etenim diœceſis ſuæ libertatem, poſſeßiones, ædesq; ſa-
cras, quibus potuit modu, potuit autem multis, auxit, amplificauit, ſtabiliuit. Itane
vero? Quare igitur paulò antè, ore tam libero pronuncias: Exemplum, inquiens,
Brunonis ſecuti poſtmodum ex Prælatis alij, religione neglecta deſertaque ad domina-
tum & imperium ſeſe connerteruut, ſimiliores facti ſatrapis, quam ſacerdotibus. Hæc
quomodo cohærent; S. Brunonem tradis ædes ſacras, quibus potuit modis, amplificaſ-
ſe, & bene tradis Quomodo igitur tui adeo immemor, aſſeris, eundem religione negle-* D
*cta ad dominium ſeſe conuertiſſe. quid de alijs eius exemplo aſtruis. An ergo ædes ſa-
cras ædificare, amplificare, eſt tibi religionem negligere. Apageſis cum illis ineptijs aut
calumnijs. Da gloriam Deo, eumq; in Sanctis venerare. Pſal 88.8. Qui glorificatur
in conſilio Sanctorum. Mirifica cum Deo ſanctum ſuum. Pſ. 4 4. Ac cum vate ſempi-
ternum canas. Pſ. 138. 17. Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus: nimis
confortatus eſt principatus eorum. Explode mecum, quotquot Sanctis Dei detrahunt,
aut aliqua ſaltem labecula aſpergunt. Exulet ex ſcholiis, ex ſubſellis, falſa Fabritij lib. 3.
Orig. Sax, de S, Brunone inueterata opinio, qua ſcribis, Brunonis, inquiens, Antiſtitis
tempo-*

*temporibus illa pernicioſa in Eccleſias Germanicas conſuetudo inuaſit: vt Antiſtites &*
A *Præſules gladium ſumerent, & bella gererent extra Eccleſiam, & contra veterem mo-*
*rem atque modeſtiam, armati conſpicerentur in caſtris. Hoc etiamſi neceßitate qua-*
*dam tributum ſit Brunoni; cum fidos Otho homines, etiam ex agnatis nullos haberet;*
*tamen cum pro apice galeam, pro pedo gladium ſemel ſumpſiſſent, ita apud poſteros ex-*
*emplum valuit, vt quemadmodum nihil agi dicitur vulgi ſermone abſque Monacho,*
*ita in curijs, in ſubſellijs, in bellis nihil inciperetur aut ageretur, ſine præſule aliquo: quod*
*in regnis adhuc externis fieri conſtat. Hæc ille;* Exulet inquam hæc doctrina veſtra;
Nam ſine cauſa aſſeritur, quod pernicioſum non eſt. An enim pernicioſum ſuaſiſſet S.
Apoſtolus ſuis Corinthijs, dum non apud ſeculares iudices, ſed inter ſuos vult negotia
B ſæcularia diſcuti? 1. Cor. 6. 1. 2. Deinde an vnquam S. Bruno pro apice ſeu infula ga-
leam, pro pedo gladium ſumpſit; vt falſo illi aſcribit Fabric. Iunxit quidem gla-
dium pedo, ſed non hoc dimiſit, adeo autem illud exornauit, vt oculatus teſtis Vrsber-
gius de ipſo ſcribat, *ſe vidiſſe ipſum (S. Brunonem, de quo agit) in ſuo munere ſanctè*
*& præclarè vixiſſe*, & author ſupplementi Reginonis ait: *Virum illum fuiſſe & duca-*
*tu & præſulatu digniſsimum* Fabr. d. l. Quare dimiſsis veſtris opinionibus, ſeniorum
& maiorum veſtrorum ſemitis inſiſtite, quaque illi ratione egerunt, & vos agite.
Hoc eſt quod vos Dominus admonet. *State, inquiens, ſuper vias, & videte, & interro-*
*gate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona & ambulate in ea, & inuenietis refrigeriũ ani-*
C *mab⁹ veſtris*. Ier. 6. 16. *Maiores verò memẽtote dierũ antiquorũ, cogitate generationes*
*antiquas; interrogate patres veſtros, & annũciabũt vobis; maiores veſtro & dicẽt vobis.*
Deut. 32. 7. quid de S. Brunonis aliorũ veneratione ac poteſtate vſurpata ſit ſtatuendũ.

Quia vero ſuperius pag. 51. pugnæ memini cruentæ, cui plures interfuerunt Epiſcopi,
ex quibus aliqui in Catalogo recenſentur Sanctorum Germaniæ, haud abs re exiſtima-
ui fore, ſi eos hic ſubijcerem, vt quiuis videat, quàm falſo noſtris aſcribant Epiſcopis
hæretici, quod pro pedo galeam aſſumpſerint, cum aliquot ex ijs Epiſcopis vniuerſa Ec-
cleſia Catholica, vt Sanctos veneretur, non ſane quia galeam geſtarunt, ſed quia illu-
ſtribus virtutum exercitationibus Epiſcopale pedum exornarunt.

Ex ijs eſt S. Luthardus ex nobilibus natus parentibus, qui generis nobilitatem vir-
D tutibus effecit illuſtriorem. Creatus Epiſcopus Paderbornenſis anno 852. præfuit ſum-
ma cum laude annis 25. Trucidatus cum alijs ſex Epiſcopis, Ducibus tribus, & Comi-
tibus 13. magnoq; Chriſtianorum numero à Nortmannis & VVandalis anno 877.
vt habetur apud Opmerſenſ. Epiſcopus innocentiſsimam egit omnino vitam. Soror illi
fuit VValpurgis quæ virginitate ſua Deo cõſecrata in Hersvverde fũdauit Parthenonẽ.

Alter Sanctorum albo inſcriptus eſt S. Erlulphus Verdenſis, vt teſtatur idem Cra-
tepol. & Catalogus Sanctorum Hyberniæ, vbi martyr in Speckdorf, Ecbecksdorf vo-
luit ſcribere, Germaniæ loco appellatur. S. Erlulphus 1. die Aug. oleũ ſudat; languoribu
quod medetur. Crantz.

*Hi militarunt ſub Brunone, S.Brunonis Archiepiſcopi Colon.non patruo, licet ita*
*ſcribat Dithmar ſed patruo magno (VVitichind.lib 1.) Ludolſi Saxonis filio, Henrici* A
*Aucupis patruo, Ottonis M. Ducis non Imperatoris & Reginæ Lutgardis fratre, quæ*
*nuptæ Ludouico Ludouici Germaniæ Regis, non autem Arnulphi Imperatoris filio, cũ*
*Ludouicus Arnulphi filius adhuc circa annum 900. ſcribatur per ætatem infans. puer*
*à VVitichind. Dithmar. libr. 1. Brem. lib. 1. cap. 44. Chronic. Halberſtadenſ. manuſcr.*
*ideoque nec potuit ex ea iam anno 877. ducta ſuſcepiſſe prolem, quam ſe ſuſcepiſſe*
*ipſe recenſet Ludouicus in ſuo diplomate dato 5. Id. Februar. Indict. 10. Anno Incar-*
*nat. Domini noſtri Ieſu Chriſti 877. Quod Anno primo ſereniſſimi regis in orientali*
*Francia; ſcriptum, vel vti ait, actum Francofurti, vbi ita ſcribit. In nomine ſanctæ &* B
*indiuiduæ Trinitatis. Ludouicus diuina fauente gratia Rex &c. Quapropter &c. noue-*
*rit qualiter pro remedio animarum piiſſimorum anteceſſorum Auguſtorum &c. nec*
*non pro dilecta coniuge Lutgarda ac cariſſima prole noſtra, quaſdam res proprietatis*
*noſtræ ad monaſterium, quod dicitur Gandersheim conceſſimus, quod eſt conſtructum*
*in honore S. Stephani protomartyris, & in noſtro conſtat patrimonio, hoc eſt in villa,*
*quæ dicitur Tengſtede, & in villa, quæ dicitur Ericke, in pago qui vocatur Suturin-*
*gia, in comitatu Ottonis, cum domibus, ædificijs, campis, agris, pratis paſcuis, ſyluis cul-*
*tis & incultis, aquis aquarumve decurſibus, vijs & inuijs, acceſſibus cum adiacentibus*
*finibus, exitibus cum regreſſibus, & quicquid ad præfatas villas iure ac legitime perti-*
*nere videtur. Ita, vt quicquid ab hodierna die deinceps Abbatiſſa & ſanctimonia-* C
*les fœminæ præfati monaſterij inde facere voluerint, liberam ab omnibus perpetualiter*
*habeant poteſtatem. Si vero perſona qualibet poſterorum noſtrorum, quod minime cre-*
*dimus, hoc noſtræ conceſſionis præceptum irrumpere tentauerit, & immunitatis & e-*
*lectionis à nobis conceſſo ſcripto continetur, violandum decreuerit, omnipotentis Dei i-*
*ram incurrere ſe nullo modo dubitet & coram iuſto iudice in tremendo examinis die ſe*
*rationem inde redditurum minime ignoret. Et vt hæc noſtræ cõceſſionis authoritas &c.*
*Ita Henricus Bodo Monachus Cluſenſis in Chronico Gandersheimenſi mſcr. Hinc igi-*
*tur liquet quoque Ludgardam ea ætate Ludouico Ludouici Germanici, non Arnulphi*
*infanti filio nupſiſſe. Et hæc ſupra inſerenda, fuerant omiſſa. Vide errata.* D

## IX. Lapis S.GERO. Topazius.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A Gero Luſatides* Princeps Gladbacchica condit
Clauſtra, parens Vbiûm, ſacrificuſque fuit.

*Dux Gero Parthenij primus.

*ex VVilh. Salsm.*

*Claruit Ottone 2. obijt an. Chriſt. 967.*



☞ S. Geroni *inſignia eadem appingenda ſunt quæ S. Brunoni, hic tamen collocamus Parthenopolitana antiqua prout illa ſtatuæ eius in Metropolitana Colonienſi Eccleſia appinguntur.*

** Volckmaro VVolmero.*



B S. Gero, qui Folckmaro * S. Brunonis ſucceſſori, in Colonienſi ſede fuit ſuccenturiatus, parente natus Ludolpho Ottonis M. Imperatoris & Edithæ Anglæ filio, atque Ida Hermanni Ducis Sueuiæ filia. Nam Geronis matrem Dithmarus lib. 2. appellat Sanctam & Idam, eadem dicitur *Dithmaro lib. 2.* Hermanni Ducis Sueuiæ filia, inſignemque corporis ſui pulchritudinem multo illuſtriori ſuperaſſe vitæ ſanctimoniâ. C Vnde hæc ipſius erit mater, ac pater erit Ludolphus Ottonis M. filius. Hic etenim illam teſte Dithmar. li. 2. duxit vxorem. Quod verò Fabricius tradit ex Schaffnaburgenſi Idam Chriſtiano fuiſſe nuptam, non inueni apud Schaffnaburgenſem.

S. Geronis pater, Ludolphus.

Ida Sueua mater S. Geronis.

D *Comperi quidem & alias Idas fœminas ſanctas, ſed nulla earum mater fuit S. Geronis. Nam prœteritis Virginibus Deo dicatis, quæ nomen Idæ obtinuère, vixit* B. Ida Saxonica *vxor Egberti primi ſeculo ſeptimo ſub Carolo M. trans Rhenani Præfecti ſeu Ducis; Noſtra autem Ida non ſeculo ſeptimo, ſed nono vixit. De hac Saxonica agitur in vita S. Ludgeri, & apud Sur. 4. Sept cuius corpus à Dodone Epiſcopo Monaſterienſi eleuatum miraculis claret.* Fuit & alia Ida *venerabilis, mater S. Brunonis martyris, qui Dithmari Epiſcopi Merſpurgenſis in literarũ ſtudio ſocius, ab Ottone* III. *in aulam fuit adſcitus, quâ paulò poſt deſertâ ſolitariam quæſiuit viuendi rationem, tandem obtentâ Merſpurgi ſub* Henrico II. *Imp. inſula Epiſcopali, à Tagmone Archie-*

Ida Saxonica.

Ida Merſburgica.

*piſcopo fuit conſecratus. Totus in lucrum animarum intentus, corpus ſuum inedia ac*
*vigilijs caſtigabat, quæ ex Boleslai aliorumq; liberalitate acceperat, in pauperes libera-* A
*liter, nihil ſibi reſeruato erogabat. Demum duodecimo Epiſcopij ſui anno ad Poruſſos*
*anhelans, ferrea eorum pectora, igneo accenſus ſpiritus feruore, vt cœpit inflammare,*
*fidei hoſtes aliorum ſaluti inuidentes ipſum doctorem in confinio Poruſsiæ & Ruſsiæ,*
*adorti ſilentium imperarunt, quo non impetrato ipſe cum 18. ſocijs captus, pro Eccleſiæ*
*capite Chriſto, caput ſuum porrexit truci carnificis gladio præcidendum 6. Kal. Mart.*
*Verum huius S. Brunonis mater Ida nupta Brunoni S. Brunonis martyris parenti,*
*Dithmari Epiſcopi Merſp. conſanguineo, vixit adhuc anno 1007. cum altera Ida S.*
*Geronis mater iam viuo adhuc Gerone ante 30. & amplius annos fuiſſet extincta.*

Alia Ida Sueua.

*Vide Dithm. lib. 6. Vixit & alia* Ida Sueca *filia fratris Imperatoris Henrici III. &* B
*filia ſororis Leonis Papæ, vxor Lippoldi, filij Dominæ Gliſmod, ſub ann. 1112. de qua*
*Albert Stad. Sed hæc nulla ratione S. Geronis mater poteſt aſſeri. Quod igitur Fabri-*
*cius in orig. Saxon lib. 2. ad ann. 973. & ex antiquis Chronicis Saxonicis Trithem.*
*in Chron. Hirſchaug. D. Cutſem in ſua Saxon. S. Geronem natum volunt ex Chri-*
*ſtiano, (quem Comitem appellat Viburgium Fabricius, at non nemo ex Chronic. Sax.*
*Comitem Rarſtenſem) & VViburga Geronis Burggrauij Magdeburgenſis & Mona-*
*ſterij Gerenrodenſis fundatoris ſorore, plane ex iam allatis refellitur, cum mater non*
*VViburga, ſed Ida fuerit nuncupata. Meminit quidem Dithmar. lib. 2. Chriſtiani ab*
*obitu ſuo in noua illius temporis & primum excitata vrbe Magdeburgenſi ſepulti, ſed* C
*nec vxorem illius affert, nec liberos.*

Frater S. Geronis Thiedmar⁹ nepos ex fratre Gero

* Dithmarus Dethmarus Thiadmarus.

Gero Marchio Oriëtalis.

S. Geroni à Dithmaro lib. 2. & 7. aſcribitur frater Thiedmarus * Mar-
chio, Vitricus Widredi & pater illius Geronis Marchionis, qui in præ-
lio contra Boleslaum anno 1015. ſuſcepto fuit occiſus; *Hicq; Gero alius fuit*
*ab illo Gerone orientalium, Luſizi & Selpuli Marchione, qui vectigalem ſtipendia-*
*riumq; habuit Miſeconem, ac Romam profectus, emeritus ſenex poſitis coram S. Petri*
*altari armis victricibus, brachium S. Cyriaci à Pontifice M. obtinuit, eoq; inſigniter*
*ditatus atque ad patrios regreſſus lares vnici filij ſui Sigefridi extincti viduam Hade-*
*uidem à Bernardo Halberſtadenſi Præſide velatam, primam deſignauit ſacerdotem* D
*magnam Monaſterij in ſaltu ſibi cognomine, Gerenrode, ſeu in ſylua Hercinia, cui om-*
*ne ſuum contulit patrimonium. Dithm lib. 2. Nam Gero, Dithmari Marchionis filius,*
*& S. Geronis ex fratre nepos, qui ferro occubuit, ex vxore Adelheide ducta filium ge-*
*nuit Dithmarum.* Dithm. lib. 7. *Prior autem Gero genuerat Sigefridum vnicũ filiũ.*

Plures fratres S. Geronis.

Plures quoque S. Geroni noſtro fuerunt fratres, cum plures numeren-
tur Ludolphi ex Ida Herm. Ducis filia, filij & Ottonis M. nepotes. Inter
quos numeratur à Georgio Fabric. lib. 3. Orig. Saxon. Ludolphus Epi-
ſcopus Oſnaburgenſis, de quo Ertuinus in Chronico Oſnaburg. mſcr.

Ludol-

Ludolphꝰ
Ludolphus nonus Epiſcopus Oſnaburg. ſucceſſit Dregoni *. Vir fuit Ep. Oſnab.
A ſingulari grauitate & beneficentia, qui Eccleſiæ ſuæ reditus plurimum frater S.
auxit. Nam Ottoni II Imper. patruo ſuo perſuaſit, vt tres illi villas, Apel- Geronis.
lerbach, Hoſnem & Lingam conceſſerit. Scribit enim Otto II. Imper. * Fabr. li. 3.
Hunc Ludolphum, ſuum conſanguineum, narrans, quod ob memoriã Drogoni,
diuinæ remunerationis, nec non interuentu dilectæ coniugis ſuæ, ſcili-
cet Imperatricis Auguſtæ Theophanij, cuidam viro venerabili ſanctæ
Oſnaburgenſis Eccleſiæ Epiſcopo Ludolpho, quicquid prædij vel hæ-
reditatis ipſi Imperiali auctoritate donauit, ipſe Imperator reddidit in
Comitatu Bernardi Ducis in locis ſubſcriptis, videlicet Apelderbach,
B Hoſnem, Linga cum curtibus ac ædificijs, mancipijs, terris, paſcuis, ſyl-
uis, molendinis &c ſubdens in eodem Imperiali priuilegio, quod hu-
iuſmodi, ſicut prædixit, Ludolpho Oſnaburgenſis Eccleſiæ Epiſcopo
ſuo conſanguineo reddidit atque donauit, eo tenore, vt liberum habeat
arbitrium vendẽdi atque commutandi, ſeu eidem Eccleſiæ & ſucceſſori-
bus relinquendi. Anno Domini 975. Indict. 2. anno Imp. 7. in Longo-
barden. Hic Antiſtes Ludolphus obijt, anno Domini 983. 2. Kal. April.
Vide Crantz. lib. 3. Metropol. 39. Meibom. in not. ad Witichind. lib. 2.
Verum de hoc Ludolpho meritò quærit Crantz. quo gradu conſangui-
nitatis Imperatori fuerit coniunctus, cum id in literis non definiatur.
C *Deinde à Fabricio inter Ludolphi filios recenſentur Bruno Præſul Verdenſis, qui A-* Bruno Epi-
*melungo Hermanni primi Ducis Luneburgij fratri Germano ſucceßit, ac cœnobium* ſcop. Ver-
*Oldenſtadenſe circa Vlyſſeam ſeu prope Vlſenum haud procul à Luneburgo condidit,* denſis non
*quod Altſtadium nominauit Collocat ipſum Latzius nunc inter Antiſtites Verdenſes,* eſt frater S.
*nunc inter Eiſtedenſes Præſules, vultq́; (cum Bruſchio & Fabric. in ſtemmate VViti-* Geronis.
*chind. II. Ducum Sueuiæ & Carinthiæ) poſtea creatum Pontificem Romanum, ſed
refutatur à Dithmar. lib. 2. vbi 3. Nonas Maij ſenex dicitur circa ea loca vbi Her-
mannus de Billingen Dux Saxoniæ vel Stubengehorn ipſius Brunonis conſanguineus
quem diris deuotum abſoluere recuſabat, obijſſe. Ipſe vtrò Hermannus de Billingen*
D *non in Italia, ſed Saxonia hærebat; Vnde & Bruno Verdenſis Præſul circa Saxonia lo-
ca obijt. At Bruno Pontifex in Italia fatis conceßit. Proinde Bruno Verdenſis, non
eſt idem, qui Pontifex Romanus.*

Inter Ludolphi liberos numeratur Otto, parens Brunonis non Au- Otto frater
guſtani Epiſcopi, cum hic ſit frater Henrici III. Imperatoris (*VVippo*) ſed S. Geronis.
Romani Pontificis poſtea Gregorij V. appellati (*VVitichind. lib. 3. annal.
Regin. ad ann. 454. Dithm. lib 3.*) item parens Henrici & Cunonis & Wil-
helmi Argentinenſis Epiſcopi: (*VVippo Guilliman in Epiſcop. Argent.*) auus
verò

verò ex Henrico Conradi Salici & Gebhardi Epiſcopi Ratisbonenſis, atque ex Conrado, Conradi Iunioris & Brunonis Epiſcopi Wirceburgenſis &c. Neque Otto genitor fuit illius Eckehardi (à quo in Thuringia nuncupatur Eckardberg) Thuringiæ Marchionis (de quo ſupra in vita Hildebaldi) cum ipſe Eckehardus cum Guncelino & Brunone, fortè Brunonis martyris, de quo ſupra, parente dicatur è Nobiliſſimis Thuringiæ Auſtralis progenitus parentibus, ac patre quidem Gunthero procreatus; deinde ipſe Eckihardus duxiſſe Suanhildam Comitis Dithmari, qui frater erat S. Geronis noſtri, viduam, & Bernardi Ducis ſororem, ex qua genuerit I. Lutgardam à Lothario Wirinharij ex Thuringia ſeptentrionali oriundi & Godilæ ex occidentali regione nobilis filio raptam. II. Hermannum. III. Eckihardum. IV. Gunterum. A B

Hermannus verò Eckihardi filius genuit, Henricum Comitem, qui S. Heribertum Archiepiſcopum Colonienſ. afflixit, quod matrem ipſius captiuam detineret. *Vide Dithmar. lib.4 fol.42.v.7. lib.5 fol.53. vol 38. & ſeqq. lib 6 fol 72.v.38. vbi Guncelinus dicitur Hermanni patruus. lib.7. fol.90. v.24. & ſeqq. fol.112.v.11.* Fuit & alius Eckehardus filius Ludolphi, *VVidikind. lib.2.* non illius, quem S. Geronis parentẽ aſtruximus, ſed alterius. Nam ille Eckihardus cum Hermanno Sueuiæ Duce propter Ducatum contendit, antequam Ludolphus Imperatoris filius Idam Hermanni Ducis filiam duceret: Ideoque Eckihardus hic non potuit illius Ludolphi, qui S. Geronis fuit pater, eſſe filius. Fuit & alius Eckehardus, cuius Germanus fuit Bezico, *Dithm. lib.*4. de quo nos non agimus, C

Mathilda ſoror S. Geronis.

Soror Geroni fuit Mathilda, anno 949. nata, vt tradit ad illum annum Regino, vbi illam Ludolphi filiam nuncupat, ita & Witichind. Dithm. Neque his obſtat Witichind. lib.3. annal. vbi ait Ludolphum poſt ſe reliquiſſe filium patris nomine inſignitum, id eſt, Ottonem. Huius enim ſolius meminit Witichindus, tum quia parentis compellabatur nomine, tum quia in Ducatu futurus hæres, reliqui enim Eccleſiaſtici Deo ſeruiebant; non autem, ita illum affert, vt reliquos excludat liberos, cum nulla id ſignificet particula excluſiua. Atque hinc patet S. Geronem eſſe vnum ex poſteris Witikindi Magni ex Wicberto filio, Walberto nepote. Ludolpho, Ottone Duce Saxoniæ, demum ex Henrico Aucupe, qui fuit S. GERONIS noſtri proauus ex Ottone Magno filio, Ludolpho nepote. Proinde S. GERO non eſt Witikindi II. ex Dietgremo filio, & Dithmaro nepote abnepos, vt placebat eximio Domino D

mino

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mino Doctori Cutſemio in ſua Catholica Saxonica. Sed hæc de ipſius
A Maioribus ſufficiant.

S.GERO ab ineunte ætate, Eccleſiaſtico addictus & mancipatus ſtatui, Coloniæ tempore Folcmari Archipræſulis habitauit, vbi cum præſente Archipræſule Folcmaro ſacræ è S.Maurini corpore reliquiæ, vino ex pietate ablutæ, in nouo reconderentur repoſitorio ſeu loculo, ipſe ad loculum propius accedens, dentem martyris capiti excuſſit, eum vt ſibi aſſeruaret: At vix excuſſo manu dente eoque comprehenſo, adeo cœpit igne interno & inuiſibili æſtuare, vt quo ſe verteret Sanctus noſter neſciret, ſolennem pompam reliquâ hominum multitudine lætius
B proſequente, S.GERO varijs cogitationum fluctibus iactatus, animi angore non prius meruit liberari, quam ſoluta pompa Wolfredæ ſacerdoti Magnæ in S.Mariæ Monaſterio, ſuaſq; horarias preces perſoluenti dentem reſtitueret, ſtatimque omnis ardor remiſit ac penitus abſceſſit. Ipſe verò dens in accerra thuris Dauidici fuit incluſus. *Sur. in Maurin. 10. Iun. c. 6.* Poſterioribus annis imperante adhuc Ottone M. ipſe GERO extincto Folckmaro * concordibus cleri ſuffragijs & populi applauſu Archiepiſcopus Colonienſis anno 969. certè non ſine ſingulari Dei prouidentia fuit electus, vt ipſi ſeorſim rem diuinam Papiæ facienti
C (Imperatori .n. Ottoni Magno à ſacris erat) BB. Petrus Apoſtolorũ vertex & Ambroſius oſtẽdêre, qui oleo GERONẼ ſacro inungentes, ſignificabant, quem ad dignitatis apicem aliquando vocandus eſſet. Viſionem illam licet Sanctus Præſul tacitam haberet, Deus tamen eam hac ipſa electione palam fecit *Dithm. lib. 2.* Mira quoque ipſius fuit electio. Nam Electum GERONEM cum Imperator ob certas quaſdam cauſas ab eo offenſus regalibus donare detrectaret, ſtricti ab angelo, ipſa die qua viſu angeli glorioſæ Domini noſtri reſurrectionis recolitur memoria, gladij timore cogitur cõcompulſus, regalibus eum inueſtiuit. Interminatus enim ei angelus,
D NISI inquiebat, IN GERONE HODIE COMPLEVERIS ELECTIONEM, SECVRVS NON EVADES HANC CÆDEM. Electus & regalibus donatus Epiſcopus Abbatiam Benedictinorum ſeu Monaſterium S. Viti à ſe ædificatum in Gadbach (vbi S. Laurentij caput, quod Rex Hiſpaniarum Philippus magnis precibus & donis obtinere non potuit, conſeruatur) & Collegium noſtrum Colonienſe ad Diui Andreæ (vbi adhuc monſtratur Sancti Laurentij ſcapula) precioſo reliquiarum theſauro ſub Ottone II. locupletauit. Quin & Collegij Sancti Andreæ ſeu potius anterius templi ædificium abſoluit & inaugurauit, vti hoc

S. Gero intereſt eleuationi S. Maurini.

* al. Volcmaro. V Volmero

*Dithm.*

Eligitur Archiepiſc. Colonienſ.

Imperator electioni.

Ædificat & dotat Glabbach & S. Andræam Coloniæ.

quod ſubijcio docet monumentum. *Anno Dominicæ Incarnationis* DCCCCLXXIIII. *Indictione ſecunda, quinta Nonas Maij dedicata, eſt hæc domus Domini à* GERONE *Reuerendiſsimo Archiepiſcopo in honore S. Andreæ Apoſtoli & omnium Apoſtolorum Chriſti, & in hac Dei ara continentur reliquiæ S. Matthæi Apoſtoli & Euangeliſtæ, nec non Sanctorum martyrum Chriſtophori,* LAVRENTII, *Cyriaci, Coſmæ & Damiani, Cæciliæ & Agnetis.* A

Item Magdeburgi.

Magdeburgi quoque S. GERO cum fratre ſuo Thiedmaro Marchione in honorem S. Dei Genitricis & martyris Cypriani, Abbatiam conſtruxit, quam Trithemius in Chronic. Hirſchaug. ad annum 972. vocat, Monachorum nouum caſtrum vulgus Munchennewenburg. Ita autem de ea loquitur Dithmarus lib. 7. *Funus autem prædicti Marchionis & ſocij eius VVidredi vſque ad Miſni fecit reduci. Hæc ibidem Hermannus Comes flebiliter ſuſcipiens & vſque ad nouam vrbem* (quam Magdeburgum exiſtimo, cum illic GERO Archiepiſcopus funera inhumarit vt iā dicetur, & primū Otto Magnus eam excitarit. Miſniam autē iam ante Henricus Auceps ædificauit) *vbi* GERO *Colonienſis Archiep. & Tiedmarus Marchio frater eius Vitricus iſtius* (Widredi) *Pater autē interēpti comitis in honorē Dei genetricis & S. martyris eius Cypriani regnāte ſecūdo Ottone Abbatiā cōſtruxerūt cū fratribus ſuis Gūthero & Eckihardo comitatur, quæ* GERO *Archiepiſc.* (Magdenburgenſis, contigerunt. n. circa an. 10 4. quo Colonienſis non ſupererat) *tunc terræ cōmendans, dominam Adelheidam eiusq; filium Thidmarum, ac mœrentes amicos ac milites ſolatur:*] Hactenus ille. Sanctum quoque Notgerum ex Ottingenſibus, vt putatur, Comitibus conſecrauit Leodienſium Epiſcopum XVII. anno Domini 972. Pontificatus Ioannis Papæ XIII. anno ſexto. *Chron. M. Belgij.* B C

Miraculū Geronis in ſanato crucis ligno.

Singulari in Chriſtum crucifixum ferebatur cultu, vnde inſignem argenteam crucem ſummæ reliquit ædi. Quin etiam vbi aduertit in ſumma Colonienſium æde fatiſcens rimis Chriſti crucifixi imaginis caput, admota ſacra hoſtia iunctiſque precibus expleuit ac reſtituit. Rem geſtam non enarrarem, niſi Dithmarus vir maximæ authoritatis & fidei eam ſcripto conſignaſſet. Chron. lib. 3. *Interim* GERO, inquiens, *Agrippinæ ſedis egregius prouiſor obijt, de quo quia pauca prælibaui, quæ tunc reſeruaui, paucis dicam. Hic crucifixum qui tunc ſtabat in media, vbi ipſe pauſat Eccleſia ex ligno ſtudioſe fabricari præcepit: Huius caput dum fiſſum videret, hoc ſalubri remedio curauit, Dominici corporis portionem vnicum in cunctis neceſsitatibus ſolatium & partem vnam ſalutiferæ crucis coniungens, poſuit in rimam, & proſtratus nomen Domini flebiliter inuocauit, & ſurgens humili benedictione integritatem promeruit.* Huius rei memoriam ad B. Præſulis tumulum ex aduerſo Engelbertini ſacelli expreſſam paucis ab hinc annis Nuncius quidam ſedis Apoſtolicæ iubebat D

obliterari, quod rei neſcius conijceret Epiſcopum repræſentari, qui A Chriſtum in cruce moriturum ſacris reficeret epulis: ſed ea de re Illuſtriſſimum edoctum Capitulum, reſtituta priori imagine illam Sancti Præſulis memoriam curauit renouari. Amore quoque ſingulari Beatiſſimam Virginem complexus, illius iconem Metropolitanæ donauit Eccleſiæ, aſſeruatur quoque ibidem viſenda B. Mariæ Virginis ſtatua argentea, ſedi amplæ & vaſtæ inſidens, quam à dextris ſuccollians ſuſtinet S. Petrus, à ſiniſtris S. GERO, cum hac inſcriptione: SANCTVS GERO ARCHIEPISCOPVS COLONIENSIS. Ipſius mater Ida in Eccleſiam Merſpurgenſem liberalis donauit illi villam Rochlitz, quam GE-

S. Gero cultor Deiparæ.

Regin. li. 2. ann. 957. & Herm. Contract.

B RO præpoſitus in beneficium tenuit *Dithmar. lib. 7.* & cum adhuc vrbs eſſet ad Mildam fluuium, non bene à Hermanno cuſtoditam Guncelinus igne iuſſit abſumi. *Dith. li. 6.* Ludolpho parẽte in Italia circa an. 957. defuncto, in Hieroſolymorum vrbem non curioſitatis ſed pietatis ergo profecta, vbi morbo correpta lætifero, ac de futuris diuinitus edocta euentibus, imperauit pediſſequis ſuis, vt quam primum mortuum ipſius efferrent corpus, terræque mandarent, ac confeſtim, in prouincias ſuas regreſſæ filio GERONI ex matre denunciarent, vt piæ matris (quam Sanctam appellat Dithm. li. 2.) animam Deo in ſacris haberet commen-C datam, eumque in finem ad D. Cæciliæ altare ei excitaret. Paruerunt iuſſis famulæ, vixque à tumulato corpore effuſam Sarracenorum multitudinem effugere, quæ vniuerſos Hieroſolymorum fines depopulabatur. Ipſæ domum reduces vltimam matris voluntatem filio GERONI aperuerunt, quam lubens expleuit. Rem ita deſcribit Dithmar. lib. 2.

Defunctorum ſuffragia curat.

*Huius ſancta mater Ida nomine, Hieruſalem orationis gratia petens, illicq; infirmata, hanc ſuis legationem pediſſequis commendauit: Egredienti animæ memet prolongato huius exilij incolatu, corpus meum matri terræ celeriter tradite, & mox euntes hæc filio nunciate* GERONI, *quo peregrinæ genitrici ſuæ talem in terris non deneget hono-* D *rem, qualem prius in cœlis dare dignatur Dominus, & altare mihi in Eccleſia ſancta conſtituat Cæciliæ. Talibus præceptis deuotæ obtemperantes famulæ, Dominam ſuam poſt hæc fœliciter expirantem ſepelierunt, & ſtatim recedentes, miſeriam inſciæ effugerunt ſubſecuturam. Nam Sarraceni Hieroſolymam tunc inuadentes, nil reliquere victis, quod ſancta eis clam tunc prædixit matrona, cum ſe mortuam iuſſit properè tumulari & ſuas abire. Venientes autem hæ Coloniam, cuncta Archiepiſcopo pandunt ordine. Quos idem benignè ſuſcipiens, Deo gratias egit, & iuſtæ eiuſdem petitioni ſatisfecit.*] Hactenus Dithmarus. Verum quia ex mandato matris hic à Dithmaro allato fortè rudiores errãdi occaſionem capere poſſent, illud

Mater S. Geronis prædicit Hieroſolymarum excidium.



paucis

paucis erit penſitandum. Petit enim mater, vt ipſi eum honorem non neget filius, quem Deus prius in cœlis dare dignatur, & vt altare illi cõſtituat. An ergo vult ſe ſanctam coli? Abſit. Nam viuens quomodo ſic puto, id imperaret, cum nemo hominum ſciat ſitne amore an odio dignus *Eccleſ.9.* niſi Deus ſpeciatim id ei reuelauerit, vt quibuſdam factum paulo poſt oſtendam Deinde eſto norit homo ſe nunc Deo gratum eſſe & acceptum, certusne eſt ſe gratia Dei non exciſurum, qui ſtat, inquit Apoſtolus, videat ne cadat. 1. *Cor.*10.12. Quare in timore & tremore iubet Apoſtolus noſtram vt operemur ſalutem. *Philip.*2.12. Excidit ſapientiſſimus Salomon; Euertit eam Origenes; perdidit eam Hero, qui ipſos quadraginta annos in ſumma vitæ tranſegerat auſteritate, & ſub finem vitæ miſerè deceptus eheu! æternum perijt; Et quis triſtem aliquorum cataſtrophen ſiccis relegeret oculis, qui iam quaſi martyrij decora erant ablaturi & ecce vix concepto defectionis propoſito inter tormenta æternum perierunt; & quotuſquiſque eſt, cui Deus in bono perſeuerantiam patefaciat? Quam ſupplicibus, quam crebris votis, orauit Deum Regius Propheta Dauid, ne ſe ipſum Deus derelinqueret. Domine ne derelinquas me. Pſ.26.9. & 37.22. At quid opus ſi certus erat, ſe perſeueraturum. Sed quid multum? Annon omnium ſermone vſurpatur illud ICtorum hominis voluntas eſt ambulatoria vſque ad mortem. Quomodo igitur aut qua ratione affirmabitur hominem ſemper ſibi conſtare, & quis conſiliarius altiſſimi fuit. *Iſa.*40.13. vt ſciat quid decreuerit aut ſtatuerit Numen diuinum. Et ſit, Deus reuelarit ipſi conſtantiam, non tamen ideo honorem & altare ſibi depopoſciſſet, ſed potius Deo omni huius boni auctori, & fautori hæc vouiſſet ſui præ nimia animi demiſſione oblita. Quod verò interdum Deus ſuos, & de peccatis dimiſſis & ſalute certos faciat, ſingulare hoc Dei eſt beneficium, non omnibus conceſſum S. Arnulpho Epiſcopo Sueſſionenſi animam agenti S. Petrus apparens affirmauit, peccata ipſi dimiſſa, ianuamque vitæ patere, & S. Michael ſe ipſius in cœlos ductorem futurum ſpopondit; Quin & Beatiſſima Virgo Maria, ipſi prædixit futurum vt in Aſſumptionis feſto in Beatarum mentium ſedes reciperetur ſicut & receptus fuit. *Liſiard. Epiſcop. in vita S. Arnulphi, cap.49. apud Sur.15. Auguſt.* Sic & S. Eduardo Anglorum Regi, quod nemini quippiam in honorem S. Ioannis negarat fatalem ſuum obitus diem ipſe Apoſtolus Ioannes curauit ſignificari, remiſſo illi per Hieroſolymitanos peregrinos annulo (quem prius ipſi pauperis perſonam induto, cum nihil ad manus haberet, dederat) ſe

An viui ſint Sancti.

A B C D

ſe intra ſex menſes ipſum viſitaturum, atque ad agnum abducturum,
A quem æternum, quocunque ierit ſequatur. *Ealredus Abbas in vita eius apud*
*Sur. 5. Ian.* qui poſtea annulus in templo ſuſpenſus, morbis medebatur
comitialibus; quin & in paraſceue ſacrabant Britanniæ Reges annulos,
qui potui iniecti dictos morbos expellebant. *Polidor. lib* 8.

Memini me legere ſanctos ſæpius à morte non vero ante ipſam ap-
paruiſſe, ac locum in quo templum in ſui memoriam petierint ædificari,
monſtraſſe, non tamen vt illis excitetur altare; quamuis & altaria ſanctis
dedicentur, non tamen proprie, ſed Deo in honorem Sanctorum. Ita
B habemus de Diua virgine in hiſt. S. Iacobi, atq; de eadem Ioãni Patricio
nonis Auguſti apparẽte, & quãdo ſyrius maximè ardet collis exquilini
partem niuibus operiẽte. De B. Michaele Archangelo huiuſmodi affert
Baronius, anno 704. 5. Similia ſunt quæ in vita S. Cornelij Centurionis
ex Simeone Metaphraſte à Surio recitantur. Et notiſſimum Coloniæ de
B. Annone à SS. Gereone & Mauris flagellis admonito, vt illum, quem
videmus hodie chorum S. Gereoni cum turribus, excitaret.

Plura eam in rem vt afferam exempla, breuitatis, cui ſtudeo, me auo-
cat ratio. Ideoque vt ad S. GERONIS noſtri matrem reuertamur, non
C eum exiſtimo verborũ ſenſum quaſi ex reuelatione cõſequendæ beati-
tudinis facta ſibi velit dicatum altare, ſed vt Monicæ exemplo ipſius in-
ter ſacra fieret commemoratio. Quod ipſum hæc eius indicant verba.
*Hæc filio nunciante* GERONI, *quo peregrinæ genetrici ſuæ talem in terris non deneget*
*honorem, qualem prius* (non poſtea in cœlis dare dignabitur) *Dominus* &c.
quibus vult non eo dignari honore quo defuncta à Deo commulabi-
tur, ſed eum ſibi petit deferri honorem, quo Deus illam nunc viuam af-
ficit. Hic verò modus loquendi vulgaris *habeas mihi hunc honorem*, idem va-
let, quod, *oſtendas mihi hanc gratiam.* Deinde eadem, ait, *conſtituas mihi alta-*
*re*, non ait, *excites*; conſtituere idem eſt, quod curare; Senſus igitur illius
D loci germanus ac planus eſt, nimirum: mox domum redeuntes hæc ex
me filio meo GERONI denuntiate, vt abſenti matri ſuæ hoc exhibeat
obſequium, hancque præſter gratiam, quam nec Deus mihi, nec nunc
quidẽ, denegat, vt altare in S. Cæciliæ æde mihi procuret, aut deſignet,
in quo mei habeatur memoria, atque anima mea Deo commendetur,
cum & alij ſacerdotes, mei in altaribus ſeu ſacris memores, Deo pro Defunctorũ cura nõ negligẽda.
mea ſalute ſupplicent. Atque huic S. Archipræſul maternæ ſatisfecit vo-
luntati. Hic autem deploranda mihi eſt noſtræ tempeſtatis improbitas
& negligentia, paſſim ſiquidem defunctorum vltimæ voluntates &

 maio-

maiorum piæ pro animæ remedio inſtitutiones intermittuntur. Quod quam periculoſum ſit, quamque grauem Dei incurrant offenſam, qui ſacra illa negligunt funebria, ex Cæſario *lib.12. de pœnis & gloria mort.c.42.* placet oſtendere, vbi refert quod ſua contigit ætate, ſuoque in ordine ſub ann.1200. Erat nonnemo ſacerdos, qui vt pro peregrini villici manibus Deo litaret laciniam acceperat verum ipſe ſacri faciendi oblitus, ſtatum religioſum in quo tum temporis viuebat Cæſarius eſt amplexatus, in quo dum viuebat noctu fuit raptus, ad inferorum loca, vbi Conradi Herbipolenſis Epiſcopi (qui relicta Hildeſienſi ſede ad Herbipolenſem ſe transtulerat ſine ſedis Apoſtolicæ facultate, vt pluribus epiſtolis oſtendit Innocentius Papa, ac poſtea occiſus) animam vidit Lucifero inferiſque ſpiritibus offerri, quam cum ingenti eiulatu Lucifer iuſſit referri. Reducite inquiens, reducite illum non enim noſter eſt, innocenter occiſus eſt. Deinde ipſe Sacerdos præ timore ſe retro ianuam abditurus, mox ab inquiſitoribus dæmonibus in publicum productus conſpexit laciniam, ſibi à villico donatam ab inferis contrectari ſpiritibus, intellexitque inquiri, cuiusnam eſſet, quam cum accepiſſet Lucifer eſſe ſacerdotis negligentis iuſta defuncto perſoluere, extractam ex præferuido ac putido lixiuio laciniam in faciem ac collum ſacerdotis iniecit, & fortiſſimis quaſi lacertis torſit; vt excitatus ex ſomno ſacerdos contētiſſima voce identidē opem imploraret. Accurrere igitur fratres, imperant ſilentium. Ille verò magis inclamat; En morior, en accendor. Propius accedentes fratres reperiunt totum ipſius caput ab igni ambeſum & vſtulatum, ſeminecemque in noſocomium transferunt. Rogatus deinde illius mali cauſam reſpondit, quod & ſacrum funebre neglexerit, & de negligentia apud ſacerdotem non ſe accuſauerit. Ideoque in hanc ſe præcipitaſſe miſeriam. Pro! quam dirum, quam atrox luit hic ſupplicium, quod vnum duntaxat, ſacrum funebre neglexerit, nec aliud præter laciniam acceperat. Vtinam hoc omnes vti oculis perlegunt, ita animis volutarent! illi inprimis qui integra prædia, villas, oppida, ditiones *in eleemoſynam pro remedio animarum* (ſic loqui ſolent diplomata inſtitutionum) acceperunt.

*NB. Veritatē huius raptus colligi ex vera vſtulatione.*

Dexter erat SANCTVS GERO in abſtergendis animi moleſtijs. vnde Gerberga pia & religioſa Abbatiſſa identidem ad Sanctum recurrebat Præſulem, eique quidquid pectore clauſum, aperiebat. Illuſurus illi aliquando erat per vaticinia dæmon; reuelabat ipſi S. GERONIS inſtantem mortem, quam iubebat ſecretam apud ſe ſeruare; at ipſa mox totam

Quam oderit dæmon tētationes aperiri.

Dæmonis illuſiones.

totam rem ſancto pandit Præſuli. Quare excandeſcens dæmon adeo
A eam verberibus mulctauit, vt breui extingueretur. Non defuit Matronæ Præſul, nam cognita piæ Abbatiſſæ morte, hoſtiam obtulit expiationis, pauloque poſt ipſe Archipræſul adeo infirmatur, vt Euergero ſummæ ædis cuſtodi, & quod ego addo, poſt Warinum Epiſcopo videretur extinctus, qui lotum ſacrum corpus iuſſit efferri. Elatus tertia vt aiunt populi nocte, B. Præſul quaſi æris ſono de graui excitatus fuiſſet ſomno, ter contentiſſima clamauit voce, ſibi vt aperirent obſtructos meatus. Hanc qui inaudierat vocem, ſtupore plenus ad Euergerum Eccleſiæ cuſtodem accurrit, obnixe rogans, vt laboranti Epiſcopo ſuccurreret; Verum
B Euergerus hominem malè verberibus & ſcipione exceptum, tanquam mendaciorum centonem à ſe reiecit; atque ita diuæ Præſul memoriæ ferijs S. Ioanni dicatis, id eſt 8. Kalend. Iulij, anno 976. pro mox defuncto habitus, ac poſteriori die ſepultus, triduo poſt, id eſt 4. Kalen. Iulij vere expirauit. Ita enim videtur teſtari monumentum & carmen vetus quod in Diui Andreæ extat:

Gero viuus ſepelitur.

*Dithm. lib. 3.*

Claret opus Domini quod vouit condere Bruno,
Andrææ meritis hunc Ieſu ſuſcipe cœlis,
Te Ioanne petit, purum qui viuere nouit
C Præſul in hoc ſancto pollens per plurima Gero.

In quo monumento illa verba: *Te Ioanne petit* inſinuant triduo aut quatriduo citius quam alij mortis eius vel potius ſepulturæ diem, cum plerique authores IV. Kal. Iulij dicant vere extinctum. Quod vero adhuc in ſepulchro vixerit, aperto poſtea loculo, deprehēderunt ex cruore quo loculus in conuerſione fuerat aſperſus. *Crantz. 3. Metrop. 45. Trithem. in Chron. Hirſchaug. Theat. vitæ hum. tom. 2. & manuſcripti.*

De morte S. Geronis.

Nec eſt quod quiſpiam S. Geronis raram & inſolitam mortem in dubium reuocet, partim quia multorum teſtimonijs, vt præter allatos Simonis Maioli Epiſcopi, & Dermicij Thadæi in ſua Nitela aduerſus
D Bzouium confirmatur: partim quia cum alijs plurimis communis hæc mors fuit. Quod vero durior, meritis & ſanctitati auctarium eſt, non autem derogat vel officit. Mala enim mors (inquit S. Auguſtinus) putāda non eſt quam bona vita præceſſit. Quis filios ac filias Iob ſubita domus ruina oppreſſos damnabit? quis Simeonem ſtylitem fulmine percuſſum, cuius animam ab angelis efferri vidit S. Iulianus? Quis S. Agathonicum à leonibus diſcerptum, quem alias in frigore fouebant, damnabit? Quis S. Belinum à canibus laceratum? Quod igitur S. Gero exta-

ſi vel apoplexia ſubita extra ſe poſitus, Euergeri vel Warini incuria ſepultus dicatur nondum mortuus, nihil in eo ſingulare quod viris pijs & ſanctis manifeſtum eſt contigiſſe. Mors enim vitæ curſum abrumpit non mutat ſtatum. Vita S. GERONIS ſancta inculpabilis fuit, ergo & mors conſequens. Aſſerit Scriptura iuſtum quacunque morte præoccupatus fuerit in refrigerio fore. A

Zenonis Imp. non multum huic GERONIS morti diſſimilis fuit, qui Epilipſiæ doloribus diſtentus ſpeciem defuncti exhibens, viuus ab vxore Ariadne eidem parum addicta ſepulchro incluſus & ſuffocatus fuit.

S. Gero B. Ludolpho apparet.

Ab obitu ſe B. GERO viſendum præbuit Ludolpho Abbati Corbeienſi, hisque eum affatus verbis: REQUIEM ÆTERNAM CANTATE, diſparuit. Erat enim Ludolphus Abbas Corbeienſis ſingulari vitæ ſanctimonia; frequentabat ieiunia, vigilijs ſe exhauriebat; ſacris pie, religioſe, ac magna cum veneratione ſemper operabatur, vnde plurima ipſi à Deo patefiebant ſecreta. In iuuandis defunctorum manibus impiger. Illi, eadem nocte qua obierat Wilhelmus Archiepiſcopus Moguntinus, ſe in viſione obiecit, cui mox in ſacris vt ſuffragarentur fratres, Abbas imperauit. *Dithm. lib. 2.* Ab eodem & S. GERO noſter, nocte qua fuit extinctus, pia precum ſuffragia poſtulauit. *Dithm. lib. 3.* GERONIS quoque, qui duellum cum Waldone ſuſceptum capitis pœna luerat, caput vbi inter rem diuinam altari ſuo vidit inferri, mox à ſacro ſuo animam Fratrum ſacrificijs commendauit. *Dithm. lib. 3.* Præfuit Corbeienſi monaſterio 26. annis; obijt Idibus Auguſti *Chron. Corbeien.* Et licet hic Ludolphus Abbas vixerit eodem tempore, quo Ludolphus Epiſcopus Oſnaburgenſis S. GERONIS frater, non tamen ſunt ijdem, ſed diuerſi; Epiſcopus enim obijt non Idibus Auguſti vt Abbas, ſed 2. Kal. April. anno 983. vt ſupra ex Ertwino retulimus. B C

Succeſſit S. GERONI (qui, *vt habent Chron. Colon.* anno 969. Pontificatus Ioannis Papæ XIII. anno tertio, Ottonis primi anno 32. electus præfuit ſeptem annis) in cathedra Warinus. *Dithm. lib. 3.* Cui ſuccenturiatus Euergerus Archiepiſcopus, vt priorem elueret culpam, Monaſteriũ S. Martini collapſum inſtaurauit; vel vt ait Marian. Scotus ad ann. 975. *Ebergerus Archiepiſcopus Colonienſis immolauit Scotis in ſempiternum Monaſterium S. Martini in Colonia; quibus primum Abbas præerat Mimborinus Scotus annis 12.* At hæc Chronica Colon tribuunt Warino, ita enim aiunt; *Venerabilis VVarinus adeptus eſt Pontificalem cathedram Colon. Eccleſiæ, anno Domini 976. Pontificatus Bonifacij Papæ VII. anno primo, præfuitq; annis nouem, qui de eo quod* D

*Anteceſſorem ſuum* GERONEM *Archiepiſcopum incuria quadam viuum ſepeliſſet*
A *à multis infamatus, Romanam petijt curiam, vbi facti ſui pœnitens, obtentaq; eius ve-*
*nia Apoſtolica, Coloniæ monaſterium S. Martini collapſum eleganter reparauit, ac re-*
*ſtituta religione, pluribus auctum facultatibus Scotorum dedit nationi perpetuo guber-*
*nandum.* Hæc illa. Veriorem hac de re ſententiam necdum aſſerere poſ-
ſum. Quod ſi dixeris cum Dithmaro Euergeri incuriâ mortem Præſuli
acceleratam, Chronica Coloniẽſia aſſeres decepta SVCCESSORIS in ſede
Epiſcopali appellatione: Succeſſor enim non proximè Warinus intel-
ligetur, ſed ſubſequens Euergerus Archiepiſcopus Colonienſis, qui an-
no 979. *vt teſtis eſt Marian. Scotus in vrbe Colonienſi perpetuum obtulit Scotis Mo-*
*naſterium S. Martini, cui primum omnium præfecit Abbatem Mimborinum Scotum,*
B *qui illud rexit duodecim annis, quem deinceps ſecuti Scoti, alij ſumma illud cum om-*
*nium commendatione adminiſtrarunt.*

Sed ad B. GERONEM reuertamur. Maiores noſtri eius ſanctitatem
plurimis monumẽtis ſunt poſteritati conteſtati, nã in S. Crucis ſacello,
ædis ſummæ, è regione S. ENGELBERTI, vbi & S. GERONIS tumulus cla-
tris circumdatus eſt ferreis, hæc in feneſtra ab Henrico Virnenburgico
Archiepiſcopo Colonienſi, trecentis abhinc annis curata circa Sancti
GERONIS caput radijs cœleſtibus illuſtratum, epigraphe. SANCTVS
GERO. De eodem ſub 29. Iunij iſta recitat Tuitienſis æditui liber an-
C te quadringentos ſcriptus annos, S. GERO ARCHIEPISCOPVS COLO-
NIENSIS. Quin & Colonienſia Chronica fol. 134. eundem prædicant
bonum, manſuetum, ac ſanctum virum. Vnde non immerito R. P. Ca-
niſius & alia paſſim hagiologia diem ei ſacratum referunt 5. Kalen. Iulij,
quo ipſo etiam Gladbacenſes ipſius ferias diuino ſolent officio celebra-
re. Affertur quoque ex Gladbacenſium archiuo hoc ſcriptum S. GE-
RONI Epitaphium quod publici iuris facio.

Teſtimonia veterũ ſcriptorũ.

Teſtimonia martyrologiorũ.

Antiquitas feſtiuitatis S. Geronis.

*Dilectus Deo & hominibus* GERO *Archipræſul, vir vitæ merito memorandus, ge-*
*neroſitatem parentelæ adornans morum probitate, religionis amator, egenorum tutor,*
D *totius iuſtitiæ defenſor, terrena exoſus, in Domino totus 4. Kalend. Iulij mortale depo-*
*ſuit.*

Et ex eodem archiuo hoc carmen.

Teſtimonia ex archiuis.

Præſulibus ſanctis quos diua Colonia nutris,
Intererat GERO Chriſti grata vice Præco,
Quorum magnificam ſolitus incedere normam,
Eſt modo conſimilem ſortitus in æthere partem.

*illud etiam vetus.*

His quoque GERO parem capturum te ſæpe ſortem
Es modo quod fuerant, quod ſunt redigeris in illud.

Statua S. Geronis.

Ab obitu S. Præſulis maiores noſtri Vbij, in Metropolitana ſua æde, tumulo editiori candelabra & clathros ad ſuſpendenda anathemata ferreos & vncos circumdederunt. In columna quoque collocarunt ſtatuam, cui, vt in vetuſtiſſimo necrologio Metropolitano lego, in candelabro cereus vnius libræ fuit oblatus, ita enim habetur, *ad diem 28. Iunij candelam ad* S. GERONEM *vnius libra.* Rurſus: *die 16. Auguſti, in obitu VVitakeri Archiepiſcopi Colonienſis* (qui hactenus incognitus eſt) *candelam ad* S. GERONEM *nouam vnius libra, reponendam lego.* Atque inquiſitis diligenter huius antiquitatis veſtigijs, tandem inueni in ſacello S. Crucis, quod B. GERONIS tumulum complectitur, ingens candelabrum ante illam, cuius memini, Epiſcopi ſtatuam columnæ affixum, in cuius pede ab vno latere erãt Colonienſia inſignia, ab altero antiqua Magdeburgenſium Pergama, *quæ pagina 77. Hierotheca expreſſi:* In prima pedis facie, gemina ſe offerunt Regum Scotorum inſignia noua & antiqua, Leonem repræſentantia & in ſuperiori ſcuto Syrenem, cuius brachia lambunt vel arrodunt equi ſcutum circumdantes; Statuæ latus dextrum tenet depictus S. Kentigernus Epiſcopus Aſaphenſis ex piſcis ore annulum eximens, ſiniſtrum occupat coloribus adumbratus, Beatus Dutachus Roſſenſis Epiſcopus. Quæ commemoro vt hinc pateat quam olim ex remotis inſulis S. GERONEM fuerint venerati.

Candela S. Geronis.

*Eadẽ inſignia inueniuntur cũ alijs in ſepulchro B. Richezzæ ad gradus M. V. Coloniæ.*

Catena S. Petri.

Ipſa S. GERONIS ſtatua media inter picturas Duorum Epiſcoporum collocata brachio ſuo dextro catenam ſuſtinet, ſculptoris manu expreſſam. Vtrum verò ipſa repræſentetur catena, quam hic Coloniæ aſſeruamus, cum alijs reliquijs haud potui vnquam explorare. Illud mihi impræſentiarum occurrit, quod ſi catena non Roma, ſed Metis Coloniam in ſummam ædem translata, *vt tradit Trithem. in Chron. Hirſchaug. ann. 964.* non à B. Brunone, ſed à S. GERONE ipſa erit huc tranſportata. Cum B. Brunonis tempore, Metis nihil de S. Petri vinculis fuerit aſſeruatum. Quare. n. Theoderic⁹ Metenſiũ Epiſcop. Ottonis Imperatoris cõſobrinus, ſeu poti⁹ vt ait Otto M. in diplomatib⁹ & S. Bruno in ſuo teſtamẽto ſobrinus (qui Adelberoni ſub an. 964. defũcto ſurrogatus, *Sigeb. an. 964.* cũ S. Brunone ſub an. 965. prius extincto, vixit) adeo Romæ pro vno inſtitiſſet vnco obtinẽdo, ſi ipſe plures ex S. Petri catena vncos poſſediſſet. Deinde an credendum; vt qui adeo pro vnius vnci adeptione laborauit, ſicut ſupra in Brunone vidimus, plures eſſet Brunoni dimiſſurus? Veroſimile mihi tamen videtur, ſi cui ſententia de vinculis Carolo Martello donatis minus arrideat, deferueſcente nonnihil ardore, partem catenæ, quam Theodericus Metenſium Epiſcopus à Ioanne Papa dono acce-

ptam

A ptam in Eccleſiam S. Vincentij martyris à ſe in inſula vrbis ædificatam
tranſtulerat, an. 969. *vt author eſt Sigeb. ad illũ ann.* à Theoderico Metenſiũ
Epiſcopo S. GERONI ipſius Theoderici cognato, vt conſtabit ex tabula
ſubiecta, fuiſſe donatam; maximè cum Baronius *ad ann. Chriſti* 439.7.
tradat Principibus præſulibusve magnis ramenta tantùm ex S. Petri
vinculis fuiſſe honorarij loco tranſmiſſa. Ita Columbo Numidiæ Epi-
ſcopo ſub ann. 593.29. Eulogio Alexandriæ Epiſcopo ſub ann. 603.4.
S. Gregorius Pontifex M. ramenta duntaxat ex ſingulari quadam con-
tulit liberalitate, vti Baronius ad illos annos author eſt. Quod verò ex
appendice S. Gregorij Turonenſis c. 110 in Brunone docui, *S.* Petri vin-
B cula Carolo Martello à Pontifice M. Gregorio IV. fuiſſe dono tranſ-
miſſa; id expreſſe referunt authoris verba; quæ ita ſe habent. *hoc etenim tẽ-
pore bis à Romana ſede S. Petri Apoſtoli beatus Papa Gregorius claues venerandi ſe-
pulchri cum vinculis S. Petri, & muneribus magnis & infinitis legationem (quod an-
tea nullis auditis aut viſis temporibus fuit) memorato primitus Carolo ſcilicet Martello
deſtinauit* &c.

Verum hic magna ſuboritur difficultas, quomodo Pontifex M.
Carolo Martello *S.* Petri vincula ſæculo ſeptimo miſerit, cum illa adhuc
ſeculo nono Romæ fuerint cuſtodita & reperta, quæ ex Ottonis M.
C Imp. præſidiarijs militibus comitem acceptitium curarint, *vt tradit Sige-
bert. ad an. 969. atque ex eo Baron. ad illũ ann.* Nõ ſatisfacies, ſi plura ſtatuas *S.*
Petri vincula. Nam ex Hieroſolymitanis alterum Conſtantinopoli re-
lictum, alterum Romano diuina virtute iunctum, adhuc anno 969.
Romæ in vrbe fuit detentum; quomodo igitur ſæculo ſeptimo Carolus
Martellus, aut ſæculo nono S. Bruno illud Roma acquiſiuit. Inquies
S. Petrus primò cum S. Ioanne Act. 4. Hieroſolymis carceri fuit inclu-
ſus. Deinde cum vndecim Apoſtolis. Act. 5. Denique ſolus duabus vin-
ctus catenis. Act. 12. Ideoque plures, quàm duæ dabuntur catenæ Hie-
roſolymitanæ, ex quibus vnam acceperit Carolus Martellus, & alteram
D vel priorem ſaltem à Carolo Martello obtinuerit S. Bruno. Verùm &
Act. 4. & Act. 5. in carcerem quidem fuit detruſus S. Petrus, ſed minimè
vinculis aſtrictus, ſicut Act. 12. Nam Act. 4. v. 3. Ipſum S. Petrum cum
S. Ioanne cuſtodiæ tantum in alterum mane tradiderunt, non vinculis
alligarunt. Ita enim v. 3. refertur: *& iniecerunt in eos manus, & poſuerũt eos in
cuſtodiam in craſtinum, erat enim iam veſpera,* &c. Act. verò 5. incluſus qui-
dem S. Petrus cum vndecim carceri publico, fuit à cuſtodibus munitus,
ſed non vinculis mancipatus. Nam illic v. 18. dicitur, *& iniecerunt manus in
Apoſtolos & poſuerunt eos in cuſtodia publica; Angelus autem Domini per noctem ape-*

NB. *riens* * ianuas carceris, *& educens eos, dixit;* Ite &c. & v.22. & ſeqq. *Cum autem veniſſent miniſtri & aperto carcere non inueniſſent illos: reuerſi annunciauerunt, dicentes, carcerem quidem inuenimus clauſum cum omni diligentia, & cuſtodes ſtantes ante ianuas; aperientes autem, neminem intus inuenimus.* At Act.12. non tantum adhibitis, quatuor quaternionum cuſtodibus in carcerem coniectus fuit Petrus, ſed & CATENIS DVABVS fuit alligatus. Ita enim aſſeritur, v.6. & ſeqq. *Cum autem producturus eum eſſet Herodes, in ipſa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus, & cuſtodes ante oſtium cuſtodiebant carcerem. Et ecce Angelus Domini aſtitit, & lumen refulſit in habitaculo, percuſſoque latere Petri, excitauit eum, dicens, ſurge velociter, & ceciderunt catenæ de manibus eius. Dixit autem Angelus ad eum, præcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit ſic* &c. Relinquitur igitur S. Petrum, vltima tantum ſua captiuitate Hieroſolymis, duabus vinctum catenis. Ideoque duas duntaxat dari catenas Hieroſolymitanas, quarum neutram accepit, aut Carolus Martellus, aut S. Bruno, cum catena illa admiranda anno 969. fuerit Romæ adhuc detenta. Quod ſi dixeris ramenta tantùm Carolo Martello donata; ipſa ad S. Gregorium Turonenſem appendix te refellet. Non enim ramenta vinculorum, ſed claues ſepulchri cum S. Petri vinculis à Gregorio tradit ſuiſſe tranſmiſſas. Ego verò vt huic difficultati ſatisfaciam, aio non catenam integram, ſed aliquot ſaltem ipſius catenæ vncos Carolo Martello fuiſſe donatione oblatos, ac poſtea huc Coloniam per S. Brunonem translatos, vel certè ſi Metis accepit Colonia, dico vncum per B. GERONEM acquiſitum vinculis Carolo Martello donatis acceſſiſſe. Eſt autem ipſa Romana, quam ſæpius attrectaui, catena adeo protenſa, vt ſi vel integra exſecetur catena, haud poſſet animaduerti. proinde mirum non erit & Carolo Martello dici integra vincula conceſſa, & Romæ adhuc aſſeruari.

A B C

S. Gregorius Spoletanus.

Præterea Lectorem monitum cupio, vt aduertat: Sigebertum, dum ad annum 969 ſcribit à Theoderico Metenſi vncum catenæ Sancti Petri allatum, paulo poſt dixiſſe catenæ partem allatam; vbi idem aut labitur, aut per ſynecdochen totum pro parte ſumens, pro ſacro oſſe B. Gregorij martyris integrum B. Gregorium Spoletanum Theoderico Metenſium Epiſcopo conceſſum dicit, cum ex Teſtamento B. BRVNONIS, traditione Eccleſiæ Colonienſis, Rorgero & alijs conſtet, B. Gregorium Magnum martyrem, antequam Theodericus Metenſis ex Italia reuerteretur in theſaurum Colonienſis Eccleſiæ illatum fuiſſe, longius aberrat de eodem S. Gregorio Gloſſographus ſecundæ Surianæ editionis, dum ad diem 24. Decembris aſtruit B. Gregorium translatum demum fuiſſe D

cum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cum triũ Magorũ ſacris corporibus Mediolano Coloniã, ſub Reinoldo
A Archiepiſc. duobus nimirũ poſt BB. Brunonem & GERONEM ſæculis. De catena autẽ certũ eſt Coloniæ tres etiãnum vncos cõſeruari, quicquid ſit de trãslationis tẽpore, quod quidẽ ſi B. Brunonis ſtatuatur, erũt vincula Carolo Martello donata, ſi autẽ Metẽſem eſſe dicas vncũ aut partem, B. GERONI adſcribenda eſt translatio, hic enim conſanguineus quoque erat Theoderici Metenſis cum fuerit S. GERO cognatus Ottonis Magni & S. Brunonis Theoderici ſobrini, vt iam oſtendam.

*Ludolfus Vxor Oda F. VVilligij Ducis Franciæ Orientalis.*

B
*Bruno Dux in prælio occiſus.*
*Otto Vxor Hathvi.*
*Lutgardis nupta Ludouico Ludouici Germanici Regis filio, non Arnulphi.*
*Hadamudis, Gerberga, Chriſtina Abbatiſſæ Gandersheim. in vita S. Bernvvardi.*

*Hateburgis -- Hẽricus Auceps --- Mathildis Theoderici & Reinhildis F. è ꝓſapia VVidikindi 2. Cõiux.*

C
*Tancmarus, ex Hateburga 1. vxore interfectus Merspurgi in templo.*
OTTO I. *Prima vx. Edith Ethmundi Regis Angliæ F. 2. Coniux Adelheidis ante nupta cum Ludouico Rege. 3. N. captiua Slaua ſed Nobilis,* Dithm. lib. 2.
S. *Bruno Archiepiſcopus Colon.*
*Gerberga nupta Giſelberto* Wit. l. 1. *& Ludouico R.*
*Hedvidis vxor Hug. C. Pariſienſ.*
*Henricus vxor Iudith F. Arnolphi Ducis Boiorũ* Roſvv.
*Henr. Giſela vx.*

*NN. Sorores.*
*Ludolfus dux Sueuiæ per matrimoniũ Idæ Hermãni D. Sueuiæ F. ex* Wida *Burchardi occiſi*
*Lutgardis* (Roſwitæ *Lingardis*) *nupta Cõrado Sapienti Duci Franciæ Oriẽtalis* Witich. lib. 3 *filio Euerardi.* Dithmar.
*Otto II. Theophania vxor F. Conſtãtinopolitani.*
*Mechtilda Abbatiſſa Quedlinburg.*
*VVilhelmus Archiepiſcopus, ex Slaua.*
*Hericus S. Cunegũdis ſoror Hezzel Bauarorum Ducis* Wippo *& Giſelberti.* Dithm. l. 6.
*Bruno* Dithm. lib. 5.
*Arnulphus Epiſ. Rauennas.* Dithm. lib. 7.

D
*Ludolf Epiſc. Oſnaburg.*
S. GERO *Archiep. Colon.*
*Thitmarus Marchio Vx. Aleita.*
*Thitmarius*
*Gero Marchio occiſus.*
*Otto dux Bauariæ Iudith 1. Vxor 2. Irmentrudis.*
*Mathilda nupta Godefrido Arduennati.*
*Grego. V.*
*Bruno Papa*
*Hezzel &c. Aleida vx ſoror comitũ Gerardi & Adelberti.*
*Otto III.*
*Adelheidis Abbatiſſa Quedlenburg.*
*Sophia Abbatiſſa Gandersheim.*
*Mathilda nupta Ezzoni Hermanni Palatini F.*
*Burgund.*
*Cõradi Regis*
*Cuno Mathilda vx. F.*
*VVilhel. Epiſc. Argent.*
*Theoderic. Epiſc. Meten.*
*S. Cunegundis Imperatrix.*

*Anno* 926. vt ait Regino, *Herimanno Ducatus Alemanniæ committitur, qui VVidam Burchardi duxit vxorem. Anno* 947. *Ludolfus filius regis, tertiam filiam* A
*Hermanni Ducis ſibi coniugio copulauit.* Et vt ait Dithm. lib. 2. Chron. *Deſponſauit illi (Ludolfo pater Otto) Idam Herimanni Ducis filiam, pulchritudinem & ſexũ omni probitate vincentem.* Et poſt ibid. ſubijcit. *Huius (Geronis) ſancta mater Ida nomine, Hieruſalem orationis gratia petens, illicq; infirmata hanc ſuis legationem pediſſequis commendauit; Egredienti animæ meimet prolongato huius exilij incolatu, corpus meum matri terræ céleriter tradite, & mox euntes hæc filio nunciate* Geroni *&c.* Idem lib. 3. ait; *correptusq; eſt Imperator ab Ottone Bauariorum Duce, Luidolfi filio, eodem die veniẽte & à comite Bertholdo. De Dith. iam ſuprà egi ex Dithm.*
Regin. anno 949 *Ludolfo filio regis Mathildis filia naſcitur. Et Godefridus in Lo-* B
*tharingia Comes, quibus anno* 979 *Holinium, Leſderium aliaq; prædia Blandinienſi S. Petri Monaſterio donat, ait; Ego Godefridus gratia Dei comes, & vxor mea Mathildis ad monaſterium vocabulo Blandinium, in primordijs ab Apoſtolico patre ſanctiſſimo Pontifice Amando conſtructum &c. donamus &c. Actum publicè in cœnobio Blandinio* 12. *Kal. Februar. Indict.* 7. *anno* 26 *regni Regis Lotharij & regiminis Abbatis VVormari* 27. *Signum Godefridi Comitis, & coniugis eius Machtildis, qui hanc traditionem fecerunt & firmari petierunt, &c. Signum Hermanni Comitis, filij Godefridi Comitis &c.* Vide Miræum in notit. Eccleſ. Belg. c. 68.

*De Ottonis liberis hæc inter alia refert.* in vita Conradi Imp. Salici *Vippo, qui* C
*& Conrado Imp. & Henrico III. à ſacris fuit; Erant duo,* inquiens, *Chunones, quorum vnus, quod maioris ætatis eſſet, maior Chuno vocabatur, alter autem iunior Chuno dicebatur, ambo in Francia Theutonica nobiliſſimi ex duobus fratribus nati, quorũ alter Hetzel, & alter Chuno dictus eſt: ipſos verò ab Ottone Duce Francorum natos accepimus, cum duobus alijs, Brunone & VVilhelmo, ex quibus Bruno Apoſtolicæ ſedis Romanæ Eccleſiæ Papa effectus mutato nomine Gregorius appellatus eſt. VVilhelmus factus Argentinenſis Eccleſiæ Epiſcopus, miro modo eam ſublimauit. Fuit autem vt ſupra inſinuaui Bruno Papa, alius à Brunone Præſule Verdenſi.*

*Nam* 1. *Bruno Verdenſis anno* 960. *creatus aſſeritur Antiſtes Verdenſis, quo anno haud dubiè fuit ſacerdotio inauguratus, cum illa ætate non niſi ſacerdotes in Epiſcopo-* D
*rum numerum cooptarentur; At Bruno Papa multò poſt conſecratus ſacerdos cum S. Heriberto Præpoſito VVormatienſi, deinde Archiepiſcopo Colonienſi.* * *Deinde Bruno Papa cathedram conſcendit Apoſtolicam iuuenis. anno* 995. 16. *Kal. Iulii, die Dominico, At Bruno Verdenſis iam ſenex perhibetur hæſiſſe, haud procul Luneburgo, moriente Hermanno Billingio, cui ante Imperatorem Ottonem M extincto* vt author Witichind. li 3. *negatum à diris, quas viuo fuerat imprecatus, liberationem, ne poſſet ſepeliri. Imperator autem Otto dicitur obiiſſe, anno* 973. *Schaffnab, Herm. Contract.*

* *vita S. Heriberti.*

*Quin*

*Quin imo propter ſenium ante annum 973. daturi ipſi erant Coadiutorem Herman-*
A *num Volcmeri Antiſtitis fratrem, quem non admiſit, inquiens; Curam quam mihi Dominus meus indigno committere dignatus eſt, ſtudioſe hactenus rexi, & quamdiu hic conuerſari debeo, ſine tali ſamine, ſi licet, degere concupiſco &c.* Dithm. lib. 2, pag. 28. *Denique Bruno Papa, obijt in Italia Roma* 12. *Kal. Martij, anno* 998. *ſepultus ad monumentum B. Gregorij. Epitaphium hoc ei ſtatutum ad* D. Andreæ altare.

*Hic quidẽ tegit hum⁹ oculis vultuq́ decorũ*
*Papa fuit Quintus nomine Gregorius*
B *Ante tamen Bruno Francorũ Regia proles*
*Filius Ottonis de genitrice Iudith*
*Lingua Teutonicus Vangia doctus in vrbe*
*Sed iuuenis cathedram ſedit Apoſtolicã.*
*Ad binos annos & menſes circiter octo*
*Ter ſenes Februo connumerante dies.*
*Pauperibus diues per ſingula ſabbata veſtes*
*Diuiſit, numero lautus Apoſtolico.*
*Vſus Franciſca, vulgari, & voce Latina*
*Inſtituit populos eloquio triplici.*
*Tertius Otto ſibi Petri commiſit ouile*
*Cognatus manibus vnctus in Imperiũ.*
*Exuit & poſtquã terrena vincula carnis,*
*Æquiuoci dextro ſubſtituit lateri.*

Deceſſit 12. Kal. Martij.

*Bruno verò Verdenſis obiit in bona ſenectute, vt ait Dithmar. d.l. 3. Non. Maij. Demũ Bruno Papa cõſanguineus fuit Imperatoris Ottonis; At Bruno Verdenſis conſan-*
C *guineus Hermanni Billingen Ducis Saxoniæ, non Imperatoris &c. Dith. d.l. Et ſupra inquit VVippo; Imperatrix verò Cunigunda quanquã maritali vigore deſtituta foret, tamen conſilio fratrum ſuorum Theoderici Metenſis Epiſcopi & Hetzelonis Ducis Bauariæ pro viribus reip. ſuccurrebat &c.* Sigebert. an. 1004. *Theodericus Metenſium Epiſcopus dolens dotem & patrimonium ſororis ſuæ Cunegundis imperatricis delegari ab Imperatore Babenbergenſi Eccleſiæ, rebellat. De Gebehardo fratre Imperatoris Conradi ita loquitur Schaffnab.* ad an. 1025. 1026. 1027. *Cõradus Rex Imperator factus eſt in Paſcha. Gebehardus frater Imperatoris coactus eſt ex Laico Clericus fieri.*

*De Adelberone Metenſium Epiſcopo hæc affert Sigebert.* ad ann. 1046. *Theoderico Metenſium Epiſcopo defuncto ſuccedit Adalbero fratruelis eius, vir magnæ prudentiæ*
D *& ſanctitatis. Vnde ſi Adalbero fratruelis Theoderici Metenſium Epiſcopi. Igitur ex fratre Theoderici erit nepos; At frater Theoderici eſt & Hetzelo Bauarorum Dux, vt iam oſtendimus ex VVippone, & Cuno, cum Hetzelo & Cuno fratres nuncupentur ab eodem VVippone d.l. Igitur ex alterutro eorum Adalbero erit proſeminatus. Non ex Hetzelone. Id enim oſtendi nequit. Proinde ex Cunone ſeu Conrado. Cunonis filium facio Henricum. Nam Henricus Conradi ſe nuncupat filium in literis, quibus ablata iura Abbatiæ Laurisbamenſi in diœceſi VVormatiẽſi ſub an.* 1095. *Indict.* 3. *anno Imp. Henrici* 40. *Imperij* 12. *reſtituit; ait enim; Notum ſit omnibus, quod Henricus Comes, Conradi piæ memoriæ comitis filius &c. Adalberonis fratres hi numerantur in vita*

*B. Adel-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

B.Adelheidis à Berta Wolphelmi ſorore conſcripta. vbi ita loquitur. Natæ ſunt eis S. Megengor &c. Gerbergæ quatuor filiæ, è quibus duæ iunctæ ſunt viris præpotentibus & valde opulentis; Harum altera Irmentrudis auia fuit Henrici clariſſimi Ducis & Adelberonis Metenſis Epiſcopi, Friderici Ducis, fratrumq; eius inprimis illuſtrium huius temporis virorum &c. Et Herman. Contract. ad ann. 1047. Quo tempore VVelphum comitem Sueuigenam VVelphi dudum Comitis filium Carentani Ducem promouit. Auunculum quoque eius Adalberonem Ducem, videlicet Henrici & Friderici fratrem, Metenſis Eccleſiæ Epiſcopum, poſt Theodericum nuper defunctum conſtituit. De Brunone Auguſtano Epiſcopo hæc enarrat VVippo. A

Auguſtam, inquiens, Vindelicorũ regebat Epiſc. Bruno frater Henrici Imperatoris. Nobilis valde fuit ipſe Epiſcopus Bruno. Nam dum eſſet frater Henrici Imperatoris, filius erat matertera* Giſelæ Imperatricis, ſoror vero eiuſdem Epiſcopi nupta Stephano Regi Vngarorum &c. Poſt. Eo tempore filia Imperatoris Conradi & Giſelæ Imperatricis Mathilda nimiæ formoſitatis puella Henrico Regi Francorum deſponſata, obijt VVormatiæ, ibique ſepulta eſt &c. Iterum Fridericus Dux Lotharingorum, vitricus prædicti Chunonis (Ducis VVormatienſis, patruelis Imperatoris) Imperatori inimicando morte propria * præuentus eſt. Sigebert. anno 1033. Fridericus Moſellanorum Duce mortuo, quia mater filios non habebat, quibus Ducatus competeret, Gothelo dux impetrato ab Imperatore etiam Moſellanorum ducatu, in Lotharingia potentius principatur. B

* an igitur Imperator Conradus duas duxit ſorores

* forte ꝓpera

Irmentrudem conſtituo Ottonis vxorem, quia nuncupatur auia Adalberonis, Henrici & Friderici in vita B. Adelheidis. Non autem auia illorum materna, cum ipſa nõ fuerit Conradi Regis Burgundiæ vxor, vel de ipſa oſtendatur. C

Adalberonis ſororem VVelpho nuptam vocat Miræus in not Eccl Belg c.80. Ivitã.

Attamen contra hæc Miræus in not. Eccleſ Belg. c.80. S. Cunegundim Henricum Com. Theodericum Metenſem, Adalberonem, Fridericum, Iutham facit liberos Sigefridi I. Comitis Lutzeburg. aitque ex Hermanno Contracto id probari. Verũ ille nihil de hoc? Et accepit id ex Georgio Fabric lib. 2. Origin. Sax. vbi S. Cungundim ait Palatini Rhenani filiam. ſed errat & male reprehendit Dithmar. quaſi S. Cunegundem ſtatuat filiam Henrici; cum ibi nõ de S. Cunegunde Henrici II. agat vxore, ſed de Cunegunde Dithmari Epiſcopi Merſpurgenſis matre. D

N. 2. Hermannus Sueuiæ Dux S. Geronis auus, non fuit Hermannus Comes de Daburg Godefridi Arduennatis filius, de quo in auctar. noſtro, quia S. Geronis auus obijt anno 944. teſte Reginone. Herimannus, inquiente, dux inter ſuos ſapientiſſimus & prudentiſſimus obijt. 4. Id. Decemb. ſcilicet vno anno poſt nuptias filiæ ſuæ cum Ludolpho. Regin. ad ann. 949 Vnde & Ludolphus Ducatũ Sueuiæ ann. 650 obtinuit. Regin. 050. At Hermannus de Daburg vixit adhuc anno 979. cum ſubſcripſerit li-

teris

teris parentis ſui Godefridi, & matris Mathildis, Ita enim ſubſcriptum reperi. Signum A Godefridi Comitis & coniugis eius Machtildis. Signum Arnulphi glorioſi Marchiſi Iunioris. S. Hermànni Comitis, filij Godefridi Comitis.

# HISTORIA SS. KENTIGERNI ET DVTACHI EPISCOPORVM.

Libet nunc noſtratibus annumerare SS. Kentigernum & Dutachum quos ſupra retuli B. GERONIS ſtatuæ hinc inde fuiſſe appictos.

SAnctus Kentigernus* Epiſcopus Aſaphenſis, pingitur, dextra pedum tenens Epiſcopale, ſiniſtra annulum in ore Eſocis ſeu Salomonis. Qua de cauſa, necdum habeo B ſatis exploratum; Inuenio quidem annulos in mari, aut fluminibus abiectos, aut deperditos, deinde fuiſſe ex piſce receptos; Ita Polycrates, vt auctor eſt Herodotus lib. 3. & Strabo lib. 14. Samiorum tyrannus, cum Smaragdum gemmam ſignatoriam in mare medium abieciſſet, vt tanta iactura diuturnam ſuam proſperitatem quodammodo refrænaret (ita enim perſuaſus erat facere ab Amaſi Rege Ægyptiorum) accidit ſexto poſt die, vt piſcator quidam, piſcem magnum atque à ſe captum dono Polycrati offerret, quo exenterato ex inteſtinis, gemma inuenta & Polycrati reſtituta fuit. Ita & teſte Cæſario libr. 10. de miraculis cap. 61. Conradus Sanctis & ad D. Seuerini Coloniæ Præpoſitus nauigio Rhenum deſcenſurus, exerta in Rhe- C num manu ex digito annulum excuſsit, quem anno inſequenti Sanctos nauigaturus, illic loci vbi perdiderat, ex piſce eſoce ſibi initio negato à piſcatoribus, deinde Sanctenſem Præpoſitum, cui illum aſſeruabant agnoſcentibus, vltro oblato, atque à coco exenterato, recuperauit atque recepit. Alij vt continuum de ſe ſuiſq; peccatis ſumerent ſupplicium, nec vnquam in eo torpeſcerent, annulos in flumina abijciebant, quaſi nunquam eos in vita ſua recepturi. Quem feruorem, Deo gratum fuiſſe, & acceptum, miri & ſtupendi comprobarunt euentus; ſæpe enim ſola Dei bonitate ex medijs piſcium viſceribus, ſuos, præter omnem ſpem & expectationem recepere annulos. Nam vt author eſt Marul. lib. 4. c. 10. Arnulphus Lotharingiæ Dynaſtes D Caroli Magni Imperatoris auus cum ſpreto dominatu, in ſolitudine Chriſto deſeruiret, annulum ſuum in fluuium Moſellam abijciebat, veniam delictorum ſibi factam crediturus, ſi repertus ſibi reſtitueretur. Poſteà ex ſolitudine ad inſulam vocatus Metenſem, cum diu Eccleſiam rexiſſet, oblatus eſt ei piſcis, in cuius inteſtinis annulum reperit; gratiſq; Deo eapropter actis, nihil de afflictationibus corporis ſui remiſit, quinimo abdicans ſe Epiſcopatu, in Eremum eſt reuerſus, vbi diem ſuum clauſit extremum. O quam bona pœnitentis piſcatio, cuius hamo ſuffocatur Leuiathan, & trahitur theſaurus immortalitatis. Simile refert Lucius Marin. de rebus Hiſpanicis l. 5. apud Sur. 5. Octob. tom. 7. De B. Attilano Zamorenſi Epiſcopo, qui annum agens quintū & vi-

*al. Kentingernus.

De annulis in aquā abiectis

Polycrates Samius.

Conradus Sanctenſis Præpoſitus

Annuli abiecti in ſignum pœnitentiæ.

Arnulphus Metenſis Epiſcopus.

B. Attilanus Zamorēſis.

*& viceſimum fama Morealæ monaſterij ſanctiſsimi haud procul Zamora diſiuncti excitus, ſe Floriano Abbati, integros decem annos fingendum, formandumq́; tradidit, à* A
*quo propter ſingularem animi modeſtiam Monaſterij Prior fuit deſtinatus. Denique cum Abbate ſuo ad infulam vocatus, ipſo Spiritus ſancti illabentis die conſecrationem obtinuit, præfectus eſt Florianus ſedi Legionenſi & ipſe Attilianus Zamorenſi, quã decem vbi direxerat annos, diſpertitis inter pauperes reditibus Eccleſiaſticis, Epiſcopatu aliquamdiu ceſsit, quo prioris vitæ ſuæ noxas elueret, ſocios ſeſe offerebant laborum & vitæ Præſulis ciues, ſed benedictione illis impertita, ipſe ponti ad S. Laurentij ædem ſtrato appropinquauit, excuſſo in fluuium annulo ſeorſim Diuinos ſibi promittebat fauores, quando ipſum eſſet recepturus. Biennium pannis obſitus anteactam luxit vitam.* B
*Tandem in quiete monitus, vt ad priorem rediret ſedem; redit atque in itinere, eremum S. Vincentij attigit, vbi hoſpitio exceptus, piſces ab hoſpite allatos ex imperio exenterauit inuenitque quem in amnem abiecerat, annulum; genibusque ſubmiſsis Deo gratias egit, ac continuo ciuitatis æra omnibus ſtupentibus, nemineq́; impellente increpuere.*

Didrachma in ore piſcis.

*Neque hæc quiſpiam negare poterit; niſi velit & didrachmam in ore piſcis à S. Petro inuentam* Matth. 17 *pernegare. Quos ſtupendos diuinæ bonitatis effectus haud in vita S. Kentigerni potui reperire. Nam quotquot adhuc legi, piſcis miraculoſi non meminerunt; Sed hæc fere de eo tantum tradunt, Kentingernus,* inquientes *in vrbe Glaſcouienſi Albaniæ, ita Harpsfeld. at Pitſæo in Elgua ciuitate Cambriæ, matre natus Diua Thamete [al. Themi] Lothi Pictorum Regis filia (quamuis Leslæus Epiſcopus Roſſenſis matrem nuncupet Annam Aurelij Britonum Regis ſororem & Pictorum Regis hæredem legitimam) & Patre Britanno, qui adeo multis latuit, vt Kentingernum virgine matre crederẽt prognatum. Harpsfeldio tamen & Leslæo nuncupatur Eugenius nobilis, qui vi eam oppreſſerit; hanc tamen maculam (ſi quam ſuis contraxit natalibus) ita omnem deleuit, vt merito cum quocunque ſæculi iſtius viro conferri poſsit, virtutis, continentiæ, doctrinæ, ſingulare exemplum. Educatus & inſtitutus eſt à Seruano viro pio, qui pro tenero in ipſum amore, Mungha, id eſt, chariſsimum amicum appellabat, quod ei poſtea nomen ſemper apud vulgus inſedit, eoque nomine paſsim in illis regionibus colitur. Veſtitu, victuq́; Ioannem referebat Baptiſtam.*

S. Kẽtigernus

C … D

*Nam vt ait Harbsfeld. apud P. Edmundum Campianum; Ipſe ſæpius toto triduo, ieiunus tandem obuia quaque & expoſita tantum comedebat, carnibus & vino penitus abſtinebat, ſomno modico vſus, puluinaris loco lapidem capiti ſuo ſubſternebat, ac carnem cilicio edomabat. Quibus virtutum exercitationibus, omnium in ſe conuertit animos, adeo vt primariã illi ſacri Magiſtratus in Albania commendarent ſedẽ Glaſcuenſem, vbi illuſtre condidit monaſterium, ad quod ingens hominum confluxit multitudo, vnde delecti 900. vt tradit Harbsfeldius Archidiaconus Cantuarienſis 6. ſæculo c. 28. ex quibus trecenti illiterati plane pecoribus paſcendis mãcipati, alij totidem pauperibus*

*curan-*

A curandis, hoſpitibus excipiendis, cibarijs præparandis, alijsq; domeſticis negotijs fuere addicti. Cæteri cultiores, doctioresq; precibus, lectionibus, concionibus, ſcriptionibus, & id genus exercitijs vacabant. E quibus alios alio amandabat, ſeminandi & propagandi Euangelij cauſa. Deinde Albaniam relinquens vt placet Harbsfeld. vel à ſuis pulſus popularibus, ſubſtituto ſibi in Epiſcopatu ex diſcipulis Aſapho, qui & vitam eius deſcripſit, in Cambriam abijt, vbi Elguæ ſeu Elgiæ populum docuit, Apoſtolicamq; inſtituit ſocietatem, inter fluuios Elvvid, & Elvvij; Nam 600. ſe eius ſubmiſere diſciplinæ, ex quibus altera dimidia pars, quæ erat ex illiteratis conſlata, agriculturam iubebatur exercere, altera monaſterij ſeptis concluſa, vario laborum genere victum ſuum B conquirebat; atque ex omni numero deligebantur ſexaginta viri, qui mutatis vicibus interdiu noctuque, in Eccleſia rebus diuinis vacarent. Eccleſia verò primum ex maceria fabrefacta, deinde ex lapide de nouo excitata, cuius ædificationem haud modicum Malgo, vel Magolocunus Britannorum Rex ſexto inde miliari apud Deganvvj habitans retardauit, at cũ tempore mitior factus, cathedrã in Eccleſia Epiſcopalẽ admiſit, prædijs alijsq; priuilegijs dotauit in monachorum vtilitatem, Eccleſiam hanc alij Elguenſem, alij Lanelvvenſem à præterlabente fluuio Elvve nuncuparunt. Ita ille.

Attamen Boethius author eſt lib. 9. hiſtor Scotiæ, quod cum S. Kentingernus cum ſanctiſſimo Abbate columba ſacro colloquio congreſſus, multa de Chriſtianæ religionis arcanis piè & erudite coram Brudeo Rege diſſeruiſſet, aliquanto poſt tempore C ipſe Kentingernus, non pulſus, ſed inuitatu S. Columbæ cum ipſo ad caſtrum Calidoniæ profectus (in quo cœnobium Coriuallus Rex Scotiæ, & Eugenij Germani in regno ſucceſſor, ſuadẽte Columba recenter extruxerat) Athalos, Calidonos, Horiſtos docuerit, ac vicinarum regionum incolas, quorum magna vis per ſingulos dies ad eos, Chriſti dogmatis audiendi cauſa confluebat, docendo monendo hortando, ac potiſſimum vitæ ſuæ exemplo ad veræ pietatis obſeruationem inſtigarit.

Nam teſte Ballæo, dum eſſet Elguæ terra Cambrenſi vir Apoſtolici ordinis in Paſtorem conſtitutus, melota ex caprinis pellibus vſus, & cuculla ſtricta, candidaque contectus ſtola, primitiuæ Eccleſiæ formam ſeruauit. Apoſtolico more pedes ad prædicandum D perrexit, multosq; ad fidem conuertit, Apoſtatas reuocauit, Pelagianos expulit, nondũ renatos baptizauit, ſimulachra euertit, Eccleſias condidit, ægrotis miniſtrauit, languores curauit, in magnaq; ſemper abſtinentia vixit, homo ad promouendam veram religionem natus. Formatis enim, Venedotis & Roſſis Euangelium vſque ad flumen Fordenſe, & ad mare Scoticum, cooperante Columba Scoto viro Sanctiſſimo prædicabat, vbi Caledonios, Athalos, Horeſtos, ac vicinarum Regionum incolæ, monendo, docendo, hortando, ad veræ pietatis obſeruationes fideliter inſtigauit. Ex ſuis etiam diſcipulis, quoſdam ad Orcades Inſulas ad Norvvegiam & Islandiam miſit, vt eorum inſtructionibus ſacris fidei lumen reciperent. Hactenus ille.

Norvvegi, Islandi docentur fidẽ Chriſtianã

Deinde, vt author eſt Boetius, eo in loco vbi olim Calidoniæ caſtrum, tot authorum ce-
lebratum fuit teſtimonijs, templum eſt celebre (vti videre licet) polito quadratoq; lapi- A
de mira arte fabricatũ, diui Colũbæ dicatũ nomini, vbi ſacra Epiſcopalis ſedes (Dourn-
keldenſem *, vulgus appellat) prædijs ac prouentibus ad Pontificis & Canonicorũ ſum-
ptus Scotorum Regum (ſed aliquantiſper poſt) munificentia magnificè fuit donata.

* Dovvnkeldenſem.

Quamuis hæc ſedes Elguenſis (vt Godwinus Epiſcopus Landauenſis in
præſulibus Angliæ pag. mihi 652. in Epiſcopis Aſaphenſibus, vbi omnia
confuſe tradit) ſit vnà, è tenuiſſimis Angliæ, VValliæq; ſedibus, ſicut & Giraldo ſub
ann. 1188. paupercula appellatur ſedes Lanelvvenſis, qualis & hac noſtra eſt ætate.
Quinas tempore Edvvardi II. habuit ædes Epiſcopales, Lanelvvy, Altmeledin, Landey- B
la, Nannerch, & S. Martini, quas omnes, præter vnicas illas Lanelvvenſes ſacrilegium
abſorpſit. Tenuis adhuc ex illis ſoluitur merces, ſeu penſio annua, quæ ne centeſimam
fructuum partem attingit. Ipſa Eccleſia continuis inter Angliæ Reges VValliæq; Prin-
cipes hac in regione plurimum commorato, plurium annorum bellis vna cum Epiſco-
pi, Canonicorumq; domibus direpta eſt atque incenſa. Clade omnium maxima ab
Ovveno Glendovv, Henrico IV. regnante, fuit affecta, atque ab eo tempore Canonico-
rum domus nunquam fuere reparatæ. Hic enim fructus erat nouæ in Anglia prædicatæ
doctrinæ. Sexto poſt menſe à Calidoniæ caſtro profecti ſanctiſſimi viri, vtrique alte-
ri gratulantes, pijs lachrymis fuſis Kentingernus Glasgov ad ſolitam ſedem, Columba
in Hebrides primũ, inde in Hyberniã remeauit. Hæc Boet. At teſtibus Godvvino, C
Pitſæo, Harpito. Ipſe S. Præſul poſt plurimas tyrannorũ moleſtationes à pio Principe
Roderico ex Cambria in patriam Albaniam reuocatus, munus olim à ſe derelictum
quaſi poſtliminio repetijt (Quicunque inquiens, verbo Dei aduerſantur, hominum ſa-
luti inuident. Godvvin. in Aſeph.) vbi exactis 185. ætatis ſuæ annis Idibus Ianua-
rij, anno 560. vt placet Godvv. vel 566. vt vult Pitſæus obijt in Scotia vrbe Glaſcoen-
ſi, viuus & mortuus pluribus claruit miraculis. Neque hanc S. viri ætatem quis mira-
bitur, cum velint nonnulli S. Seruatium Tungrenſem Epiſcopum fuiſſe 373. annorũ.
Anno enim Domini 325. congregatis Clericis ad eligendum Epiſcopum, & in Eccleſia D
omnibus pro paſtore dicitur adductus ex Armenia S. Seruatius annos iam natus 298.
pedo ipſi ex ara tradito Epiſcopus conſtitutus. Vide Chron. Gualt. Familiariter v-
tebatur Columba vel Colũbano Scoto, viro ſanctiſſimo, qui vt refertur in vita ipſius
lib. 3. c. 5. iuſſit Scotos (non Hybernos, quod hi non deſciuerint à fide ad hæreſin ex pro-
miſſione Chriſti S. Patritio facta) piſcatores captis quinque piſcibus, in fluuio Sale ite-
rum piſcari, ita vt quem extemplo comprehenſuri eſſent piſcem grandiorem ipſi S vi-
ro donarent. Piſcatores S. viro conſentientes piſcatum rediere, ac concluſum miræ ma-
gnitudinis reti piſcem Cochem appellatum, ipſi attulere. Idem S. vir, Columba teſte
S. Notkero in martyrologio de S. Columba, tempore peſtiferæ luis, quæ vniuerſum pœne
depo-

depopulabatur populum, benedictum à ſe littoreum Saxum iuſſit vbiq; in aquas mergi,
A atque ex ijs potari, vel aſpergi infirmos; Verum Saxum benedictum contra naturam
ſuam, in aquis inrectum ſupernatauit, tantamq; ijs imprimebat virtutem; vt quot-
quot ex ijs biberent, vel aſpergerentur, ſanitatem mox recuperarent. Atque hæc ſunt
quæ authores de S. tradunt Kentigerno, in quibus nulla fit mentio piſcis & annuli ex
ore piſcis recuperati. Sed ad alterum, & ſiniſtrum S. GERONIS me conuertam latus;
Depictus eſt in eo S. DVTACHVS EPISCOPVS ROSSENSIS, in Catalogo præci-
puorum Hiberniæ, in quo vocatur & Duchatus; Tradit hæc de eo Ferrarius in Catalo- S. Dutachus
go Sanctorum: Thanæ quod eſt oppidum Roſſiæ regionis, in qua Epiſc. Roſſenſis morari Epiſc. Roſſẽſis.
ſolet ab Elgina vrbe 8. milliarib⁹, à Borno oppido 10. diſtãs (lapide) in Scotia S. Duta-
B ci Epiſcopi ex Kalen. Scotiæ. Huius miraculum, quo Angli à Scotis ad pontem Steruili-
nũ fuſi ſunt, in Martyrologio Scotiæ refertur. Vixit circa an. Sal. 807. Ita Ferrar. ad 8.
Id. Martij. At Ioannes Leſlæus Scotus, Epiſc. Roſſenſis li. 6. de reb. geſtis Scot. 93. ad an.
1214. hæc de Dutacho refert. In hanc ætatem inciderunt ſumma noſtræ Reip. fœlicitate
præter alios duo inprimis viri & doctrinæ recondita cognitione & vitæ ſanctiſſima ra-
tione exculti, Gilbertus (cuius paulo ante meminimus) & Dutachus, vterque Epiſcop⁹,
hic Roſſenſis; ille Cathanẽſis; quorũ vterq; etſi eã pietatis laudẽ partim miraculis, par-
tim doctrina collegerint; vt digni habiti ſint, qui in Diuorũ numerũ cooptẽtur, tamen
Dutachus primã gloriæ partẽ, in duob⁹ tuliſſe videtur, primo ꝙ q̃cq̃d Gilbertus habuit
C aut pietatis aut doctrinæ, illud totũ hauſerit à Dutacho: deinde ꝙ Dutachus ita ꝑpetua
Scotorũ, & Regũ & Principũ, & plebeiorũ religione colebatur, vt in tota Scotia nec nu-
meroſior, nec celebrior peregrinatio habita fuerit, quã quæ ad eũ in Roſſia decreta erat.
Hæc ille. Quin etiã idẽ ille pugnã ad pontẽ Streuelingum cõmiſſam refert ann. 1287.
Nã Scoti Nobiles Eduardi Angliæ Regis (cũ in Galliã contra Philippũ Regẽ cũ exercitu
trãſmitterẽt) iugũ excuſſuri, in Hugonẽ Caſſingamenſẽ Regis Legatũ, ſeu illius vices ob-
euntẽ incurrerũt, ac inde Angliã Borealẽ ingreſſi, eã ferro igniq; vaſtarunt. Sed Rex E-
duardus ſubmiſſis nouis in Scotiã copijs Scotorũ duces, Stuardũ, Cumenũ, & VValla-
ſeũ* (q; de ſupremo belli honore inter ſe cõtendebant; ꝙ prioribus duobus VValles veluti
D hominẽ exili fortuna ad opulentam repente ꝓuectum contẽnentibus, cõtra VVallaſeus * VVallas
belli adminiſtrãdi omniũ ſuffragijs ſummã poteſtatẽ penes ſe eſſe aſſeueraret) apud Sa- Boet. lib. 14.
cellũ Falkirch p̃lio vicit, fugauitq;. In fuga VVallaſeus Robertũ Bruſcũ inſequentẽ in-
duxit, qua verborũ atrocitate, qua patriæ amore in ſuas partes, inclinantemq; Scotorũ
fortunã ſingulari erexit animi fortitudine. Nã militem ad ſe nullo principatu, vt apud
Anglos fit, cũ eſſet de mediocri tantũ ſorte Nobiliũ, Equitis aurati ſecũdo genitus; neque
ſtipẽdio, cũ eſſet tenui rerũ ſtatu; neq; adhuc publica auctoritate, cũ eſſet priuatus; ſed ſo-
la ſua virtute & rebus p̄clariſſime geſtis, ac ardẽtiſſimo zelo liberandæ patriæ ad ſe nu-
meroſiſſimũ breui pellexit. Vnde omniũ ſuffragijs dux liberãdæ patriæ, tãdẽ creatus eſt,

*ac iterum belli aleam periclitatus, ſi amplificatā Anglorū poteſtatē manu militari poſſit atterere. Cū Anglis cōgreſſus, occiſo Hugone Eduardi vicario, ac Anglorū exercitu ad pontē Sterlingenſē partim trucidato, partim ſubmerſo, caſtella Dridonēſe, Forfariū, Brechineū ac Montisroſatū, deinde Abirdoniā & caſtrum Dunnotir (vt iā quæ apud Perthum oppidū, Airēſe atq; multa alia eius facinora p̄clare leui brachio præteream) felicius faciliusq; quā cuiq; eſt credibile, cæſis aut fugatis Anglis eripuit. Quæ omnia diuino quodā numine potius quam vllo humano robore videtur perpetraſſe. Ita Leslæus. Atq; vt Scotorū inſinuāt faſti, deprecāte S. Duthaco Roſſorū Epiſ. feliciter obtinuiſſe.* A

## X. Lapis S. HERIBERTVS Chryſolitus. B

*Floruit ſub Ottone III. & S. Henrico Claudo Impp obijt 1022. 16. Martij.*

Primus Septēvir qui tēpla Tuitia cōdis
Mōte Rubro Tubari fers HERIBERTE genus. *ex VV. Salsm.*



*Hæc inſignia imitantur imagines quæ apud Herbipolenſes tribuuntur Henrico Epiſcopo fratri S. Heriberti.* C

Naſcitur.

NAſcentis HERIBERTI cubile, lumine diuino illuſtratum, Electoralis ipſi in Colonienſi Eccleſia faſtigij obtinendi ſplendorem portendit. Ipſe ex proſapia Comitum Rutemburgicorum ad Tubarum flu. non ſolum Gerbertum (qui poſtea Syluester ſecundus fuit appellatus) ſed & Brunonem Saxoniæ & Sueuiæ Ducis filium (qui Gregorius nūcupatus V.) Pontifices maximos puer Magiſtros audiuit. Sua ætate Bruno, poſtmodū Pontifex Romanus, ſanxit, vt deinceps D

Quos Magiſtros habuerit.



ceps Imperator à Septemuiris Germaniæ Principibus ſolum eligeretur. Diſſidẽtes conciliat.
A Quam dignitatem hac occaſione conſecutus eſt S. HERIBERTVS; recõ-
ciliabat ipſe diſſidentes Rauennatum ab Epiſcopo ſuo animos, inde de-
ſignatus fuerat Coloniam, vt iret Legatus, illicque diſtractas Vbiorum
in deligendo Præſule voluntates in concordiam reuocaret; Reuocatu- Fit Archie-
rus omnium ipſe calculis & ſuffragijs Wezelino agente, in quem Cleri piſcopus.
propendebant ſuffragia, in Principem Electorem fuit cooptatus. Qua
de cauſa ingens Ottonem Imperatorem inceſſit gaudium, vt declarat
hæc Laconica & familiaris ad eum epiſtola: *Otto Tertius Imperator Au-*
B *guſtus ſola Dei gratia* HERIBERTO *Archilogotheca gratiam ſuam & Co-*
*loniam & pallij cubitum vnum.* Habita electione Beneuentum ad i-
pſum Imperatorem profectus Regalibus ab eodem donatus, Romam
progreſſus pallio ibidem fuit inſignitus. Mortuo Ottone primo Ar- Diſſidet à
chilogotheta noſter Primus in cathedra Colonienſi Electoris munus S. Henrico.
iam ante Euergero cum alijs Septemuiris à Gregorio V. decretum, vt
obiret, ſuæ curæ (vti & S. Annonem feciſſe dicturus ſum) Imperialia in-
ſignia vendicauit; nimirum lanceam ſacram in reditu ſuo ex Italia Co-
loniam præmiſit. Quod vt reſciuit Sanctus Henricus ab alijs Imperator
deſignatus, S. Archilogothetam HERIBERTVM iuſſit detineri, donec
C fratris ſui vadimonio, cuſtodia leuaretur. Deinde aliquo tempore ab Im-
peratore nouo, inſtigantibus præſertim ſuſurronibus aulicis diſſedit,
ſed tandem illi reconciliatus adeo arctò ſe illi obſtrinxit fœdere, vt cum
capitis ſui periculo non dubitaret ipſius Imperatoris ſalutem redimere.
Nam cum Imperator Papiæ in diſcrimen vocaretur vitæ, obiecit ſe S.
HERIBERTVS noſter, vt oſtendit Dithm. lib. 6. Rem geſtam ipſius de-
ſcribã verbis. *Eademq; die*, inquit, *reuelatur qua mutabilitate totius mundi huius* Seditio Pa-
*inſtabilis curſus in pronum ſemper voluatur. Namque inter tot gaudia ſubitò inſeuit* pienſis.
*inimica pacis diſcordia, & à ſuperflui vini ebrietate, de vili cauſa interrupta eſt miſe-*
D *rabiliter fidei connexio & ſacramenti. Conciues aduerſus nouiter electum regem ar-* *Ebrietatis*
*mantur, ad palatium properant, & maximè hi, quibus ius Henrici diſplicebat, Hard-* *effectus.*
*vvigi autem relaxatio mulcebat. Clamor vt à rege auditur, quid hoc eſſet, explorari*
*citius ab eo iubetur. Cui protinus reſpondetur, plebeios furore ſubitaneo inflammatos,*
*& ſeruili præſumptione animatos, hanc commotionem primitus incepiſſe, cæteros quo-*
*que omnes in detrimentum ſui vel dedecus conueniſſe. Quos iam irrumpentes* HERI- Heribertꝰ
BERTVS *Agrippinæ prouiſor egregius, ſedare conatus, vt de feneſtra cauſam tantæ in-* Archiepiſ.
*uaſionis inquirit, lapidum imbre & ſagittarum infuſione retruditur. Palatium au-* Colon.
*tem ab hoſtibus grauiter impugnatum, à domeſticis regis, facilè numerandis, viriliter*
*defenſum*

*defenſum eſt. Diuiſis etenim plura neceſſaria noſtris, maior vis excreuit inimicis. Tan-*
*dem audito clamoris immenſi ſtrepitu, noſtri gregatim ad regem properant, hoſteſque* A
*adhuc inſanientes paululũ expellũt. Sed imminente iã nocte ſagittis atq; lapidibus ob-*
*uijs tardantur. Quæ ad ꝓuidenda vrbis tunc incendunt mœnia. Noſtri autem, qui foris*
*erãt, vrbis propugnacula fortiter aſcendunt, quibus hi ſic melius reſiſtebant. Ibi tũ qui-*

Giſelbert⁹ Auguſtæ frater.
*VVulfram.

*dam egregius iuuenis, Giſelbertus nomine, frater Reginæ, à Longobardis vulneratus,*
*oppetijt, & conſociorum triſtitiam vehementer adauxit. Quem VVulferam* miles in*
*medium agmen proſiliens, vnumque ex his per galeam vſque in iugulum feriens, ſecu-*
*rus vindicauit. Sic alternando quietem, cunctis amicam, belli aſperitate mutabant.*
*Nonnullos ex hoſtibus quos vi capiebant noſtri, viuos regi præſentabant. Subitò ibidem* B
*vna domus, quæ noſtros tuebatur defatigatos, à Longobardis incenſa ruit, ac eos nulla*
*ſpei certitudine potitos alacriores bello reddidit. Interim Alemanni cum Francis &*
*Luthárienſibus tandem hæc mala reſcientibus, fractis intrantes muris, in tantum*
*conciues perſequuti ſunt, vt è munitione domorum ſuarum nec vnus egredi præſume-*
*ret. Harum ſummitate hi noſtros iaculis grauantes immiſsis, incendio perierunt illato.*
*Difficile eſt cuiquam ad enarrandum, quanta ibidem ſtrages diuerſis efficitur modis.*
*Milites regis tum victores ſine vlla offenſione ſpolijs interemptorum vtuntur. Hoc mi-*
*ſerabili aſpectu Rex motus, & vt reſiduis parcerent, firmiter præcipiens, ſe ad munitio-*
*nem ſancti Petri contulit, hoſtibusq; veniam ſuppliciter implorantibus miſericorditer*
*indulſit. Tunc abſentes quique accepta regis victoria, aut ipſi veniunt, vt alia declina-* C
*rent, aut obſides mittunt, fidem, auxilium & ſubiectionis debitum regi promittẽtes.*]

S. Heribertus pluuiã & fertilitatẽ impetrat

Hic S. Archiepiſcopus ſummæ ſiccitatis, omnes ſegetes exurentis &
peſſundantis tempore, populi inedia & rerum omnium penuria miſere
afflicti commotus, ſolemniter ambarualia & amburbialia Coloniæ in-
ſtituit, vt diuinam impetraret atq; exoraret miſericordiam, indicto prius
triduano ieiunio, cumque ex S. Seuerini oratorio clerus ſolemniter ſan-
ctis ſupplicatum egreſſus, S. Panthaleonis monaſterium peteret, niuei
coloris columba circa caput S. Heriberti circumuolitauit, quæ non niſi
à ſanctioris vitæ hominibus nunc viſa, nunc eorum viſui ſe ſubtraxit, ac D
paulo poſt eadem vbi tertio ſe caput B. viri circumiecerat, cœlos viſa eſt
repetere. Demum peracta ſupplicatione domum reuerſus Præſul, mẽſæ
accumbebat ieiunium diſſimilaturus, neque enim pijſſimum pectus
populi ſui miſerijs grauiter ſaucium, vllam admittebat conſolationem;
cumque alij mirari ſe dicerent diuinam bonitatem profuſis tam multo-
rum lachrymis flexam non eſſe, tale fertur vir ſanctus reſponſum de-
diſſe: veſtri ô chariſſimi Paſtoris eſt culpa, niſi enim diuinum numen
meis ſceleribus offenſum eſſet, credo equidem iam diu cœlum diſru-
piſſet

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

piſſet. Hæc vbi dixiſſet profuſis vbertim lachrymis caput manibus A ſuſtentatum in menſam inclinabat; luctabatur interim cum fortiſſimo omnium ſpirituum Domino ardenti oratione & ſumma animi ſubmiſſione, qua ſuperior fuit. Nam eadem hora cœlum maximè ſerenum radijſque ſolis æſtuans, repentino fragore intonuit, & demiſſis vberrimis imbribus mirificè cunctos recreauit. In gratam diuinæ bonitatis & clementiæ memoriam S Præſul poſt Paſchales ferias ſupplicationem annuam Coloniæ inſtituit, quam ieiunium quod banni vocat præcedebat: ſubſequentibus vero annis decorauit eam circumlatum S. Sylueſtri caput, quod S. Irmgardis virgo in ſecunda ſua Romam profectione à Pontifice obtinuit, cui chirothecam terræ ex cœmiterio 11000. virginum plenam obtulerat. Erat autem Irmgardis; quæ in necrologio S. Pãthaleonis etiam Irmentrudis dicitur, comes Zutphaniæ ſoror Hermanni humilis anno 1081. electi in nonum S. Panthaleonis Abbatem; hæc orbata patre *caſtrum Aſpell & oppidum Rees ex hæreditate ſua B. Petro legauit, & conuentui S. Panthaleonis Suchtelen cum omnibus annexis.* Tandem poſtquam ter Romam peregrinata eſt, in hoſpitali Hachtportz dicto, à ſe ædificato diem clauſit extremum *Molan. 4. Septemb. Necrologium S. Panthaleonis 4. Idus Nouemb.* Sed ad B. HERIBERTVM reuertamur.

Supplicatio Herebertina & ieiunium.

Origo ſupplicationis cum capite S. Silueſtri.

C Pauperum fortunam non aſpernatus S. Præſul HERIBERTVS ijs qua poterat ratione ſubueniebat, vnde quem alij ſacris Chriſtianorum initiare neglexerant pauperem, illum ipſe ſacro tinctum fonte lauabat, & quod euoluto anni ſpacio à compatre offerebatur in ſolemni pompa edulium non reijciebat.

Baptizat ipſemet.

In honorem Deiparæ & Aduocatæ humani generis (vt eam vocat S. Irenæus) quam ſingulari cultu proſequebatur ex voto Ottonis Tertij; prolixa ſatis liberalitate Tuitienſe monaſterium, Anno 1003. cœptum & 1019. magnificentiſſimè abſolutum, in loco vbi ſe illius viſui Deipara cum filio ſuo inter pyri brachia hærente obiecerat bis ædificauit at- D que ditauit. In eiuſdem quoque Beatæ Virginis honorem Eccleſiæ Cameracenſi obtinuit à S. Henrico Cæſare Comitatus acceſſionem.

Colit Deiparã & inſtituit Tuitienſe monaſterium.

Nec minore in Diuos reliquos ferebatur affectu. Coloniæ duodecim Apoſtolorum baſilicam & Collegium in decliui & extrema ætate extruere, & moliri cœpit; quod tamen morte præuentus Peregrino * ſucceſſori perficiendum reliquit. Imperatori, qui malorum inſtigatione (vt ſupra inſinuaui) ab ipſo fuerat alienatus viſu territo & penitus ſupplici facto, fatalem prædixit horam; quin & ſibi etiam Peregrinum ſucceſſurum

Inſtituit Collegium SS. Apoſtolorum.

* *Pilegrimo Pelegrino.*

Cœco viſū reſtituit. rum prænūtiauit. Aqua,in qua ſe lauerat Epiſcopus B. Volberto Tuitië-
ſi Abbati viſum reſtituit.Saltatores ſalubria presbyteri monita contem- A
nentes,ac anni integri tripudio damnatos, dirarum liberauit impreca-
tione; Conuenerant enim à matutinis horis in cœmiterio monaſterij
Saltatu anni integri punitos à diris abſoluit. Sancti Magni martyris Colbecenſ. (eſt verò Colbize Saxoniæ Diœ-
ceſis Halberſtadienſis * villa) ipſa nocte natiuitatis Domini 15. vi-
ri, ac tres mulieres, vt tripudiantes choream ducerent, duxerunt ſed
infœliciter. Nam Ecbertus, cui moleſti erant prima celebraturus ſacra,
ipſos à cantu, & chorea dehortatus, cum nihil proficeret, imprecari cę-
* Magdeburgenſis. pit? Vtinam potentia Dei & meritis S. Magni martyris ſic inquieti an-
num ducatis; qua increpatione nihil habita in ſaltatu perſtiterūt. Puel-
lam Merſindim iuſſus Ioannes auunculus vi à choreis abſtrahere, non B
puellam ipſam, ſed puellæ viuæ brachium, ſine vlla ſanguinis profu-
ſione auellit, ipſa in tripudijs perſeuerante, euoluto ſex menſium ſpa-
tio genuum tenus terræ fuere immerſi. Integro ipſo anno nihil cibi aut
potus ſumpſere, neque à pluuia irrorati: neque à choreis laſſati, ſi quæ
circa ipſos tecta erigentur ſtatim à venti impulſu deijciebantur, veſtes
ac calcei non atterebantur; vngues quoque & capilli non promittebā-
tur. Decurſo integro anno ad latera vſque humi ſubſiderunt. Tandem
ipſa nocte natalitia eos conueniens S. HERIBERTVS Archiepiſcopus
Colonien. (qui eo fuerat profectus) fuſa pro eis oratione, exoluit liga- C
mine, quo manus eorum mutuò tenebantur conſtrictæ, ſolutos atque
ad Diui Magni aram adductos Diuino Numini reconciliauit, moxque
ſopor ipſos tres dies ac totidem noctes tenuit oppreſſos. Merſindes
verò cum duabus fœminis & Ioanne ſtatim exanimati concidere. Re-
liqui à ſopore quidem domum reducti, cibum ſumpſere, & à vertigine
capitis in omnem reliquam vitam haud fuere liberi. Quidam tamen ex
ijs adeò profecerunt, ita vt ab obitu ſuo mira ſupra naturales facultates
perpetrarent. *Hæc Alb. Stad. ad ann. 1021. Chron. Sclauica ad eundē ann. Crantz.* D
*lib. 4. Metrop. c. 34. Naucler. Vincent. Belluac. Bredenbach in collat.* Anno 1021.
A B. Elia Abbate inungitur. Noueſij hærens S. HERIBERTVS febri corripitur & perceptis ibidem
Eccleſiæ ſacramentis nauigio Coloniam rediit, ibique à B. Helia SS.
Panthaleonis & Martini Abbate ſacro inunctus oleo, nullam niſi de
Deo & fratribus ſuis, id eſt pauperibus, quos ſemper benigniſſimè pa-
uerat, ſollicitus ſermonem miſcebat; tandem 16. Martij exhauſto ſpiri-
tu beatiſſimo fine quieuit; A Gregorio VII. Sanctorum numero ad-
ſcriptus, ſic enim in archiuo SS. Apoſtolorū habet Bullarum exemplar:
*Grego-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A *Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei vniuerſis ſanctæ Catholicæ atque Apoſtolicæ Eccleſiæ filijs vel maxime tamen in eis Alpinis gentibus ſalutem cariſsimam cum benedictione Apoſtolica. Quidquid diuinis teſtimonijs roboratur humanis non indiget vt roboretur.* HERIBERTVS *Colonienſis Archiepiſcopus ſanctiſsimæ vitæ meritis inter Sanctorum agmina in cœleſti numerari aula promeruit. Quod aſſeuerant & dum vixit in hoc ſæculo facta per eum virtutes & poſteaquam illuc translatus & ſigna ſubſecuta. Vitam eius ſtilo traditam vidimus, in qua magnam eius ſanctitatem didicimus. Annuente igitur Deo, auctoritate Apoſtolica Nobis diuinitus tradita iubemus illum ammodo inter Sanctos connumerari, & in Confeſſorum catalogo ſcribi, atque ab omnibus vt ſanctiſsimum in ſuo natalicio celebrari.* B *Condignum enim videtur, vt quem Deus Pater honorauit in cœlis, à nobis eiuſdem ſeruis honoretur etiam in terris.* Canonizatio S. Heriberti.

Scribo nunc breuiter Sanctorum res geſtas, & vix quicquam præter omiſſas ab alijs: publico tamen polliceor annales S. HERIBERTI à D. Ioanne Gelenio Vicario in Spiritualibus & Prælato Colonienſi piæ memor. conſcriptos, atque interim dum hanc edo hierothecam, adijcio quæ de B. HERIBERTI ſarcophago & hierotheca mecum dignatus eſt hiſtoriarum & publici ergo communicare R. & Doctiſſimus Pater Paulus à Vrechem XLI. Tuitienſis Abbas.

C

TITVLVS HERIBERTINI OLIM SEPVLCHRI.

*Heribertus Colonienſis Archiepiſcopus conſtructor huius Eccleſiæ, anno Incarnati verbi milleſimo viceſimo ipſā conſecrauit, in honorē Saluatoris mūdi eiusq; Genitricis.*

TRANSLATIO S HERIBERTI ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS.

*Anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo centeſimo quadrageſimo ſeptimo indictione decima, translatum eſt venerabile corpus ſanctiſsimi Patris noſtri & Confeſſoris Chriſti* HERIBERTI *Colonienſis Archiepiſcopi Fundatoris huius loci Tuitienſis tertio Kal. Septemb. Feria ſabbati, hora diei tertia, à Venerabili Arnoldo primo Archiepiſcopo Colonienſi. Anno Epiſcopatus ſui octauo, pontificatus vero beatæ memoriæ Eugenij tertij, tertio; & anno Imperijglorioſiſſimi Domini Conradi ſecundi, octauo, & filij eius Henrici, primo, porrò Gerlaci Abbatis Tuitienſis duodecimi anno ſecundo.* D *Acta ſunt hæc anno obitus & tumulationis Beatiſsimi Confeſſoris centeſimo, vigeſimo ſexto.*

Titulus ad caput in ſepulchro eius inuentus inciſus plumbeæ laminæ.

*Anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo vigeſimo primo 17. kalend. April. obijt* HERIBERTVS *Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, qui de proprio ſumptu hoc monaſterium fecit.*

Titulus ad pedes ipſius inuentus.

HERIBERTVS *Colonienſis Archiepiſcopus conſtructor huius Eccleſiæ, anno Incar-*

*nati verbi milleſimo vigeſimo ipſam conſecrauit, in honore Saluatoris mundi eiuſque genitricis.* Idem nimirum titulus qui ſepulchri. A

Hierotheca precioſa S. HERIBERTI in qua nunc requieſcunt ſanctæ eius exuuiæ, præter verſus Apoſtolorum ſtatuis ſuffixos (quos omitto ſicut & in aliorum Epiſcoporum tumbis feci) res ab ipſo geſtas his vetuſtis carminibus explicat.

Primo in ſtatuam S. HERIBERTI inter Humilitatis & obedientiæ typos expreſſam extat hoc carmen:

*Has Præſul Chriſti vitæ ſocias habuiſti.*

In duodecim tabulas hiſtoriæ S. HERIBERTI circa eius Hierothecam. B

I.

*Magnificæ prolis notat ortum viſio ſolis*
*Præuidit ita Pater eius & Iſraelita.*

II.

*Doctori natum tradit Pater erudiendum*
*Diſputat atq; docet quẽ gratia cœlica replet*

III.

*Hic fit Leuita vir clarus cœlibe vita*
*Cancellaturæ Rex hunc inueſtit honore.*

IV.

*Ex Regis dono datur hic ſacra Virga Pa- (trono*
*Præſulis inſigne plenum dat Papa benigne.*

V.

*Mons tranſit mõtes ſparſurus lumine valles*
*Suſcipit optatum plebs Pontificẽ ſibi gratũ.*

VI

*Hic ſubit examen miſeris vir iuge leuamen*
*Vnctio Sancta datur perſonaq; Sancta ſa- cratur.*

VII.

*Viſitat ecce Pater te luminis inclyta mater*
*Tẽpli vota probans formã ſignans loca mõ- (ſtrans.*

VIII.

*In menſa viſus extenſus in arbore Chriſtus*
*Pontifici Sãctæ fit cauſa crucis faciendæ.*

IX.

*Vota Pater dũ fert ſacer huic ſe ſpiritus in- (fert.*
*Cũq; Deũ placat reſerans cœlũ pluuiã dat.* C

X.

*Viribus antiqui Præſul rapiens inimici**
*Prædã ſaluauit hanc dæmone dũ ſpoliauit.*

**Liberatur energumena.*

XI.

*Corda cruẽta necat venia dũ Rex bene pla- (cat.*
*Iram Pontificis ter præbens oſcula pacis.*

XII.

*Hic Pater inſignis meritis rutilans velut i- (gnis*
*Fit requie tutus Paradiſi carne ſolutus.*

D

XI Lapis **S. ANNO** Hiacynthus.

*Claruit ſub Ienrico III. & IV. obijt 075. pridie Non. Decẽbr.*

ANNO facit Sigæ Montem templum atque ſepulchrum,
Ecce ſuum, Diuis iunctus amore ſacro eſt. *ex VVilh. Salm*

A

 

B

 

C

[*Hæc inſignia Rumborum in antiquis Chronicis Saxo. tribuuntur fratri* S. AN-NONIS *Archiepiſcopo Magdeburgenſi, quæ autem Daſſellenſium cornua referunt, ipſi Sigebergæ & Coloniæ paßim appinguntur.*]

S. ANNO ingenuis ex Alemannorum gente, non nobilibus (qui titulus olim erat Comitum) ortus parentibus, Walberto, & Engela, ſingulari vitæ ſanctimonia excellentibus, vt tradit Reginhardus S. ANNONI coætaneus, *apud Sur.* 4. *Decemb.* Ingenui autem licet matrimonio ſibi iungerent Comites *vt teſtatur Laz.* ipſis tamen nonnihil inferiores erant, vt auctores docent omnes, & expreſſe oſtendit Schaffnab. *ad ann.* 1075. vbi de præcipuis agens capitibus, quæ ſe Henrico Imperatori, Rudolphi de quo paulo poſt ſuaſu ſubmiſerant; ita ait: *Igitur introducuntur per ordinem, Saxoniæ ac Thuringiæ primo Principes, VVezil Archiepiſcopus Magdeburgenſis, Bucco Epiſcopus Halberſtadenſis, Otto Dux quondam Boiariæ, Magnus* * *Dux Saxoniæ, Herimannus Comes patruus eius, Fridericus Palatinus Comes, Diedericus Comes de*

D

Parentes S. Annonis.

Diſtinctio inter Comites, & ingenuos.

**al. Meginno vide Auctar. noſtrum.*

* *Haud ꝑcul Goslaria.*

Cadalenburg * *Adelbertus Comes de Thuringia, Rudeger, Sizzo, Berenger, Bern, Comites; Deinde* INGENVI *omnes, qui generis vel opum claritate aliquantulum eminebant in populo, & ſicut conuenerat abſque vlla exceptione Regi ſe dediderunt.* Ex his conſtat, INGENVOS Comitibus inferiores, non eſſe de Comitum numero. Attamen Crantz *lib. 3. Metrop. c. 2.* & R. P. F. Wolterus Henricus Streuersdorff ex ordine S. Auguſtini SS. Theologiæ Doctor *in primatu Magdeburgenſ.* aſſerunt, ipſum fuiſſe Sueuum Comitem à Sonnenberg. Sueuũ addunt, ne putet aliquis Sanctum Annonem ex Sonnenberg præcipua Magiſtri ordinis Teutonici ſede oriundum, quæ ad Wertam fluuium nouæ Marchiæ Brandenburg. quam proxime reſpicit Kuſtrinum inter ſeptentrionem & occidentem, ac occidentem inter & Meridiem ſpectat Francofurtum ad Oderam, in ipſo verò meridie Sternberg, vnde Comites appellantur Sternbergenſes. Aliam S. ANNONIS originem indicant Chronica Colonienſia, volunt enim S. ANNONEM profectum ex Comitibus alias Rugrauijs de Daſſel, qui à cognomine Salingæ fluuij oppido Daſſel ita fuere nuncupati. Atque ita S. Anno non ex ALEMANNORVM POPVLIS, ſed ex Saxonum gente deſcendiſſet, cum oppidum Daſſel in oriente Northemium, in occidente Hoxariam & Brakelenam diœceſis Paderbornenſis ſpectet; in meridie Helmershuſen * & Mundam; in ſeptentrione Erichsburgum, & Brunshuſen, vbi authoribus mſcr. S. Bernvvardi apud P. Brovver. & Trithemio in Chron. Hirſaug. illuſtre eſt excitatum Virginum monaſterium à Ludolpho Saxoniæ duce, de quo in mſcr. S. Bernvvardi & S. Godehardi apud P. Brovverum. Pro Chronicis Colonienſibus militant S. ANNONIS inſignia, quæ Comitum ſunt Daſſelenſium & ipſius ſtatuæ in Georgij æde monaſterio Sigebergenſi, alibique inciſa conſeruantur, atq; hic in fronte videntur expreſſa. Ex fratribus S. ANNONIS fuit Weſſelus. * ſeu Werinherus † Archiepiſcopus Magdenburgenſis, qui in pugna iuxta Strowi haud procul à Melrichſtadio Franciæ Germaniæ oppido. *Fabric. origin. Saxo. lib. 3. ad ann.* 1078. Henricũ inter & Saxones impulſore Rudolpho nõ Habsburgico, ſed Sueuo & Hẽrici IV. Regis affine: *Fabric Orig Saxon. lib. 3. ann.* 1077. (qui *vt author eſt Albertus Stad ad ann.* 1077. [*] à Sigefrido Moguntino Archiepiſcopo, Adalberone Epiſcopo Herbipolenſi, Bertholdo Duce Carinthiæ, in quorundam ſedis Apoſtolicæ Legatorum præſentia Forcheimij creatus Romanorum Rex & 12. Kal. Aprilis Moguntiæ

A

Comites de Sonnenberg.

B

Rugrauij de Daſſele.

* *mſc. Meinvv. Helmvvardeshuſẽ.*

C

Werinherus Archiepiſc. frater S. Annonis

* *Viclo, Vecilo Scot. ad ann.* 1078. *VVicel, VVecel, VVezel, VVetzilo.*

D

Dith. lib. 7. Adã. Brem. Alb. Stad. Schaffnab.

† *Bruno in bello Sax. Dithm li. 7. Crantz. in Metrop. d. l. Lang. in Chron. Citez ad ann.* 1078. *Chronic. M. Belgij.* [*] *Bruno in bello Saxonico.*

guntiæ ab Archipræſule Moguntino vnctus fuit, 7. Id. Auguſti commiſ-
A ſa, ab infimæ plebis hominibus fuga occiſus eſt; *teſtibus Albert. Stad. ad ann.* 1078. *Marian. Scot. lib. 3. ætat. 6. ad ann.* 1078. *& Berthold. ad Herm. contract. anno* 1078. vel vt quibuſdam placet cruci ſuffixus *Paul. Lang. in Chron. Citizeus ad ann.* 1078. Hoc in prælio Saxones non expectato ſociorum auxilio, in arma præcipites diu ancipitem pugnauere pugnam; tandem in ipſos victoria inclinauit, virtute Othonis Gotingenſis & Friderici Palatini Saxoniç, qui Francis in fugam datis aut occiſis pugnare non deſtiterunt, vſque dum intra mœnia Wurceburgia hoſtem compuliſſent. E Saxonibus cecidit, vt iam dixi, Wezelo, & Bernardus Legatus Roma-
B nus captus. In caſtris Regijs occubuerunt Dux Bernardus cognomento Barbatus, Poppo Comes Hennebergius, Theobaldus & Henricus Lechsgemundi. *Orig. Saxon. lib. 3. ad ann* 1078. Alter fratrum fuit Walterus, qui Legatione in Weſtphaliam fungens, in oppido Ervvite diœceſis Colonienſis, itinere horæ vnius ab vrbe Lippienſi diſſito, eſt interfectus, ac ſtudio Cleri Suſatienſis in vrbem Suſatum delatus, vbi ſub choro atque in S. Patrocli crypta fuit tumulatus. Quod Suſatenſium beneficium vt grata recoleret memoria S. ANNO Archiepiſcopus Colonienſis, Præpoſituræ Suſatienſi oppidum Eruete cum omnibus eo ſpectanti-
C bus liberaliter contulit; Ita ad me R. D. Theodorus Greſemundt Suſatenſis, qui huius Walteri S. ANNONIS fratris tumulum ſæpius haud dubiè vidit, cum & Suſati habitet & illius Eccleſiæ agat Vicarium. Quod verò addit de donatione oppidi Eruite, non vidi ea de re literas; inuenio vero in teſtamento B. Brunonis prædium Aruite ſeu Eruite Suſatenſibus donatum. Deinde donarit] S. ANNO, haud tamen id repugnabit donationi quæ facta eſt Eccleſiæ Paderbornenſi ab Imperatoribus Hērico II. & Conrado. Nam Paderbornenſibus non niſi curtis quædam (quam ipſi vocant curtem Regiam Köningshoff) dono dederunt, quæ tamen etiamnum ab Archiepiſcopo Colonienſi, quod ad iuriſdictionē
D poſſidetur, licet ipſi Archiepiſcopo propter iurisdictionē, ſeu vt loquuntur, propter ius territorij in Eruithe & Weſterkoten Paderbornenſes litem mouerint, eo quod ipſis Paderbornenſibus curtis ſit data ad ius Imperiale pertinens; vt paulo poſt ex donatione Conradi Imper. ſubijciam. Ius autem Imperiale volunt non priuati eſſe dominij, ſed publicæ etiam iuriſdictionis. Contra Colonienſes antiquam afferunt poſſeſſionem & priuatum tantùm Paderbornenſibus concedunt dominium. Quæ ego non diſputo, neque definio. De curte autem hac Paderbornenſibus

Walterus frater S. Annonis.

Erwite.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nenſibus donata, ita mſcr. S. Meinvverci apud P. Brovverum c.29. ait.
*Qui* (Henricus II. Imperator) *diu multumq; reniſus, tandem Epiſcopi perſeueran-* A
*tia, Imperatricis primatumq; coactus inſtantia, priuilegium protulit, & accedens ad*
*altare, B. Dei Genetrici perpetuæ Virgini Mariæ, ſanctisq; Kiliano & Liborio & aſtāti*
*Meinvverco Epiſc. ſuisq; ſucceſſoribus, curtē Eruete ſitā in pago VVeſtphalen legaliter*
*obtulit.* Iterū c.97. Ita inquit *Rex* (Cōradus) *interuētu Giſlæ Imperatricis ſuæ cō-*
*tectalis & filij ſui Henrici, Brunonis Auguſtenſis Epiſcopi, Hermanni Marchionis fra-*
*trisq; eius Eckihardi quandam curtem* AD IVS IMPERIALE *pertinētem Eruete di-*
*ctam in pago Engere in Comitatu Marckvvardi Comitis ſitam, cum omnibus appen-*
*ditijs, & vniuerſis vtilitatum, quæ inde prouenire poterunt, attinentijs, cum banno in* B
*mercatu etiam, qui apud eandem curtem ſolet haberi, Domino Meinvverco &c ibidem*
*in Roma ſabbatho ſancto, Paſchali hebdomade 7. videlicet Idus April donauit.* Ha-
ctenus mſcr. Quas verò Reuerendus Dominus Greſemundus, de eo-
dem Eruete viderit aut legerit donationis literas, haud ſcio; ideoque nec
certi quicquam de ijs poſſum aſſerere.

Fuit & S. ANNONI conſobrinus Bucco * Epiſcopus Halberſtadenſis,
*Ita vita S. Annonis apud Sur. Schaffnab. ad ann.* 1075. qui & in manuſcr. Sur.
S. ANNONIS nuncupatur nepos. Num verò hic ſit ille Bucco, quem re-
fert Dithm. lib. 5. Henrici Marchionis eſſe fratrem, ipſiuſque Dithmari
Patruelem; aio, id pernegandum. Nam cum Bucco de quo Dithmar. eo C
tempore, quo captus eſt Boleslaus (quod circa ann. Chriſti 1003. conti-
git *Albert. Stad. ad illum ann.*) ſub Henrico S. adeo fuerit maturæ ætatis, vt
Gerbergæ cuſtodia illi contra hoſtium impetus fuerit demandata,
vtiq; non is erit Epiſcopus Halberſtadenſis, vir optimus, acerrimuſque
Pontificiæ authoritatis propugnator, qui prælijs Saxonicis circa an-
num 1078. interfuit. *Schaffnaburg. Adam Bremen Albert. Stad. Bruno de bello*
*Saxon. ad illum ann.* & anno 1088. Goslariæ à ſuis popularibus (quod au-
thoritatem defenderet Pontificiam contra execrati Imperatoris fauto- D
res) miſerè ipſa hebdomade, qua Dominica recolitur paſſionis memo-
ria 8 Id. April. fuit datus internecioni. *Berthol. Conſtant. ad Contract. anno*
1088. *Vercelinus in Henrico IV. Stad. ad ann.* 1088. Huic ſuo conſobrino, &
fratri Wezelio ſuppetias laturus S. ANNO in bello Saxonico, plurium
incurrit inuidiam. Nam vt teſtatur Schaffnab. anno 1075. *Primum,* in-
quiens, *moto bello Saxonico fratrem eius VVezel Magdeburgenſem Archiepiſcopum*
*& conſobrinum eius Bucconem Halberſtadenſem Epiſcopum tempeſtas inuoluit gra-*
*uiſſimæ perſecutionis, contra hos cum non ſatis impigrè Regi Saxonicæ gentis extermi-*
*nium anhelanti opem ferret, naturæ profectò legibus & carnali affectione inhibitus,*

*inuiſus*

*Tomo 1. in cauſa Coln. contra Paderborn ratione VVeſterkotten.*

Bucco cōſobrinus S. Annonis.

* *Burchardus Chron M. Belgij Paul. Lāg in Chro. Citizenſ. Rucherius & ita ex quodā obſeruaui diplomate; Marian Scot. ad an. 1077. vbi mox appellatur & Butto.*

S. Anno propter conſanguineos patitur inuidiā.

*inuiſus ei ſuſpectuſq; efficitur, periurij ac perfidiæ inſimulatur. Ciues Colonienſes, qui-*
A *bus paulo ante vnicè carus acceptuſq; fuerat, ad interficiendum eum donis ac promiſ-ſionibus ſollicitantur. Sopito vtrimq; hoc malo, duo miniſtri eius, qui in laribus eius fa-miliariſſimè obuerſabantur, inſidias ei tendunt, & niſi Dei miſericordia malum hoc præuertiſſet, nihil tale ſuſpicantem trucidaſſent. &cæt.* Ita ille; Plurimum ſtuduit generis ſui vtilitatibus Sanctus ANNO. Nam honoribus augebat parentes ſuos & cognatos ac ſacellanos. Wezilonem ad Magdeburgenſem euehebat Archiepiſcopatum, nepotem ſeu conſobrinum Bucconem vel Burchardum infula redimibat Halberſtadenſi; Cononem à Treuirenſibus occiſum, *vt dictum in auctar.* Treuirenſi,
B Eilbertũ Mindenſi, Wilhelmum Traiectenſi ſedibus præficiebat. Quin & in Italia Aquilegienſis & Parmenſis ipſius experti fauorem, ab ipſo honorum gradibus ſunt cumulati, *vt author eſt Adam. Brem. c. 152.*

Babenbergæ Sanctus noſter Præſul literis innutritus, in quibus adeo profecerat, vt liberaliũ artiũ profeſſorẽ ageret ac doctorẽ, imprimiſq; iuuentuti cum fidei rudimentis pietatem velut lac inſtillaret. Vnde quæ ab ipſo proponebatur doctrina, omnium ſermone FIDES ANNONIS celebrabatur. Ob ſingularem animi prudentiã ipſe imperij meritò fuit deſignatus Diœcetes & Vicarius,* vti & olim alij delecti Colonienſiũ Ar-
C chiepiſcopi, qui regni & S. R. Imperij clauũ tenuerunt; quos inter excelluerunt Cunibertus, Agilolphus, Bruno M. atq; Sãctus demum ENGELBERTVS, cui Fridericus Rex in Italiam abiturus, coronam vt ab Honorio Pontifice obtineret Imperialem, ſuas in Imperio delegauit vices. Commendabat illi & filium Henricum, & negociorum in Imperio occurrentium adminiſtrationem, cauſarumque cognitionem, quæ munera ſunt Imperij Vicariorum. Nam vt tradit Chriſtophorus Gewoldus *c. 9. in comment. de S. R. Imperij Septemuiratu*, Vicarius Imperij eſt, qui Imperatoris aut Regis Romani abſentis, vel impediti vicibus in cauſarum fũ-
D gitur cognitione; ijs verò functum fuiſſe vicibus S. ENGELBERTVM, meridiana luce clarius eſt ex ipſius hiſtoria, cum ex ipſis conſtet quid in Waldemari Regis Danorum, Imperium turbantis tractarit negocio, quid in cauſa Henrici Comitis Zuerinenſis, atque aliorum, egerit; quæ longum eſſet hic repetere, cum ea in S. ENGELBERTI hiſtoria fuſius ſim proſecutus. Eadem Vicaria vſus eſt poteſtate S. ANNO, qui S. ENGELBERTVM integro ſeculo & amplius anteceſſit Archipræſul Colonienſis. Hic vt ius illud Vicariæ ſuæ poteſtatis & tutelæ Regiæ à Maioribus ſuis & anteceſſoribus ſæpius adminiſtratum tueretur, Auguſtalem Hẽ-

Studia S. Annonis.

* *Ciaccon. in Alexandro II. Pontifice.*

Archiepiſcopi Coloniẽſes ſolent Reges pupillos educare, & Auguſtalẽ tutelã gerere.

rici Impuberis ſuſcepit curam, ipſumque Henricum' ex Agnetis matris cuſtodia abſtractum vna cum ſacra lancea alijſque Imperialibus ſignis (quorum cuſtodiam etiam *Sanct.*Heribertus ſibi vendicarat, hodieque ſibi tribuunt Aquiſgranenſes Archidiœceſios Colonienſis ſubditi) ſecum Coloniam abduxit. Nec enim erat, in cuius manu tutius quieſceret & Imperator & Imperium. Conſtitutus autem ipſe cum Adalberto Archiepiſcopo Bremenſi Imperij, vt ait *Adam.Brem.* Conſul, ita vt ab vtroque ſumma reipub. penderet. Hinc patet, quam antiqua ſit Archiepiſcoporum Colon. Vicaria in Imperio poteſtas; illâ ſane multo antiquior, quam alijs tribuit Gevvoldus d. l. principibus; vbi primum Imperij Vicarium deſignat Noricorum Ducem, eumque refert vt valde antiquum, qui tamen noſtris Archiepiſcopis multò eſt recẽtior. Nam (vt ait Conradus de Fabaria presbyter Sancti Ottmari ante annos circiter quadringentos) ipſe Dux in Curia (Henrici Regis VII.) manſit, ipſiuſque conſilio res Imperij per id temporis fuerunt diſpoſitæ, quem Ducẽ appellat Vrſper. ad ann. 1025. Ludouicum: ait enim: Ludovvicus Dux Bauariorum curator Regis Henrici, in rebus tam proprijs, quam Imperialibus in Alemannia efficitur. Hactenus ille.

Archiepiſcopi Colonienſes Archicancellarij S. R. Eccleſię.

*Ciaccon. in Alex. II.

Sed quid ex delatis Imperij ſecularis faſcibus commendo S. noſtrum ANNONEM, cum alius multò excellentior, vnde *S.* Archipræſulem commendem, ſe mihi offerat honoris Eccleſiaſtici gradus, quo ipſis etiam purpuratis Patribus S. Rom. Eccleſiæ Cardinalibus videtur anteſtare. Quippe Alexãder II. Pontif. M. ſupremo illũ inter Cardinales dignatus eſt honore, cũ eum S. Romanæ Eccleſiæ conſtituit Archicancellarium,* quem iam ante Leo IX. Pontifex Hermanno S. ANNONIS anteceſſori, ipſiuſque ſucceſſoribus, teſte Miræo *in faſtis Belgicis* 19. *April.* detulerat, ac poſtea Eugenius III. epiſtola ſua 10. ad Arnoldum Archiepiſcopum Colonienſem, & Alexander epiſt. 52. ad Philippum Archiepiſcopum Colonienſem confirmarunt, ſtatuentes vt ea, quæ olim à Leone IX. Archiepiſcopi Colon. iura obtinuerant, firma manerent ac fixa; ſicut & illibata ea hucuſque obſeruauere Pontifices ſummi. Hinc enim in hodiernum etiam diem nullus Cardinalium, Archicancellarij obtinuit titulum, ſed ſupremus aliquis Cardinalium tantum Vice-Cancellarius appellatur, eo quod illa dignitas iam Archiepiſcopo Colon. eiuſque ſucceſſoribus eſſet conceſſa, vt iã cœpi oſtendere & paulo poſt pluribus demõſtrabo.

Neq; his obſtat, quod alij etiam legantur Cancellarij à Pontificibus conſti-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

conſtituti, & quidem à Victore II. Fridericus Lotharingus, Gallus, Goz-
A zelonis Ducis Lotharingiæ filius S.R.E. Archidiaconus, primæ & Apoſtolicæ ſedis, vt ait Ciacco. in Victore II. Bibliothecarius & Cãcellarius, & eo abſente D. Hildebrandus Soanenſis, Tuſchus, Monachus, S.Rom. Eccl. Card. Subdiaconus, Pro-Cãcellario S.R.E. Deinde quod ab Alexandro II. 1061. deſignatus fuerit Hildebertus Diaconus Card. S.R.E. Vice-Cancellarius in anno Pontificatus ipſius primo, Petrus verò Clericus fungens vicem Petri ſubdiaconi ac bibliothecarij, ac poſtea Cãcellarius; Demũ quod à Paſchale II. anno MIC Ioannes Caietanus Monachus Caſinas Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmodin, primus
B Diaconorũ S. R. E. Bibliothecarius & Cancellarius, fuerit conſtitutus, vt antiquæ oſtendunt Paſchalis II. Bullæ & diplomata. Nam hi Cancellarij, vicibus tantum fungebantur Archicancellarij, nec erant Archicancellarij, vt patet ex eodem Ciacconio. Quippe in Leone IX. ex antiquis Leonis IX. Bullis &c. nũcupatur Hermannus Colon. Archiep. S. Sedis Apoſtolicæ Archicancellarius anno quinto Leonis IX. Papæ. Fridericus Diaconus Cardinalis, S. ſedis Apoſtolicæ Bibliothecarius & Cancellarius, vice Hermanni ſedis Apoſtolicæ Archicancellarij, & Colon. Archiepiſcopi, ab anno Pontificatus Leonis IX. ſecundo vſque ad finẽ.
C Ita & in Alexandro II. appellatur Petrus Clericus primũ fungens vicem Petri ſubdiaconi ac Bibliothecarij, deinde Cancellarius, vice D. Annonis Colonienſis Archiepiſcopi, poſtea ſubdiaconus S. R. E. & vice eiuſdem D. Annonis Colonienſis Archiepiſcopi & Bibliothecarij &c. Ex quibus liquet, Cancellarios vicibus tantum Archicancellariorum Colon. fuiſſe functos, maximè cum Fridericus Lotharingus viuo adhuc Hermanno Colon. Archiepiſcopo, à Leone IX. (nam Hermãnus adhuc anno 1090. vixit, quo iam ann. 1055. Leo IX. fuerat defunctus. Vide Catal. Epiſcop. Colon. & Ciac.) creatus ſit Cancellarius neque ipſi à Leo-
D ne IX. Archicancellariatus ſit abrogatus. Id enim cum ſit facti, probandum erit, non præſumendum l. 4. ff. de cuſtod. reor. l. aſſeueratio 10. C. de probat. Ideoq; cum Hermannus reliquique poſteri in eius iuris fuerint poſſeſſione, neque inde deturbati, ius illud ipſis erit integrum conſeruandum. Sed placet audire Miræũ, qui ius illud in faſtis Belgicis ad 19. April. his enumerat verbis: *Leo IX. qui ante Bruno appellatus, ac ſub ann. 1002. Patre natus Hugone Comite, Conradi Imp. conſobrino, & matre Heduide, poſt Pentecoſten Coloniam Agrippinam venit cum Henrico Imp. & ab Hermanno Archi-*

S. Anno Archicancellarius & Bibliothecarius Eccleſiæ.

NB. *Canoniſtas quoſdam aliã vicecancellariatus originẽ aſtruere ſed ex ignorantia hiſtoriarum.*

P 2 *epiſcopo*

*epiſcopo honorificè ſuſcipitur. Cuius rogatu Eccleſiæ Colonienſi Metropolitanæ hoc priuilegium conceßit, vt ad altare S. Petri ſeptem presbyteri Cardinales quotidie diuinum* A *celebrarent officium in ſandalijs. Deinde eidem Archiepiſcopo officium Cancellarij* (Archicancellarij debebat ſcripſiſſe, vt iam oſtendimus) *S. Romanæ ſedis, eiuſq; ſucceſſoribus, tribuẽs illis Eccleſiam S. Ioannis ante portam Latinam. Hinc inuitatus ab Herimaro Abbate S. Remigij, Rhemos abijt, & illius cœnobij Eccleſiam recens extructam conſecrauit.* Wibert. lib. 2. c. 4. Quo titulo *Eccleſiæ S. Ioannis* præter Archicancellariatum videtur & Legati dignitas collata, vnde & Legatus Natus nuncupatur. Hinc quanta, quamque eximia noſtrorum Archipræſulum in S. Romana Eccleſia ſit dignitas, facilè licet colligere. B

S. Anno dignitaté ſuã virtutibus exornauit.

Hac ipſa dignitate licet emineret omnibus S. Anno, attamen in ea non conquieſcens, omnimodè ſtuduit ſingularibus virtutum decoris eam magis magiſque illuſtrare. Vnde porrò profectum, vt non tam verbo ſubditorum illuminaret mentes, quàm vitæ ſuæ exemplo, ciuium animos voluntateſque inflammaret. Nudis perſæpe ambulabat pedibus, corpus ſuum tum cilicio tum ieiunio macerabat, vix interdiu aut noctu ab Eccleſia diuellebatur, reliquiarum inſiſtens venerationi. Octo templa cum congregationibus de nouo erexit. Ipſam Colonienſium vrbem reliquiarum diuitem, alijs adhuc Sanctorum exuuijs locupletauit. Animo omnino demiſſo ac tranquillo concitatos miniſtrorum ſuorum C culpa, ciuium Colonienſium animos, qui iam in ſancti viri perniciem conſpirarant, compoſuit, veniam precatus, nullam vbi vir Dei culpam admiſerat, & tamen eapropter candidiſſimo Epiſcoporum cœtu qui ipſius viſui obiectus fuerat, indignum ſe iudicabat. Dolorem quidem ciuibus fatalis eius dies, ſed cœli incolis ſummum attulit gaudium. Quin & inanimæ res creatæ ipſi videbantur congratulari. Nullius enim impulſu æra Sigebergenſis Montis, vbi Monaſterium S. Præſul inſtituerat, ad viri ſancti emortualem diem concrepuere. Quod viuus ſuſceperat Montis patrocinium, illud nec poſt obitum negaturum ſe recepit, mo- D do ipſius & aſſeruarent corpus, & religioſam viuendi regulam ad amuſſim obſeruarent.

Corpus S. Annonis repetitis verbis mõti Sigebergenſi commendatur.

Nam ita lib. 3. c. 7. S. Præſul noſter Reginhardo Priori ſciſcitãti (quæ ipſis deinceps ſpes relicta? quis reſtauratur[9] loci iſtius deſolationem quam formidabat) *collecto* [vt ait mſcr.] *ſpiritu celeriter reſpondit. Faceſſat prorſus timor iſte; Teſtor ego veritatem illam, quæ Deus eſt, corpus meum exanime, vti optaram ad vos allatum iri &c. Sit interim modus dolori veſtro, certa prorſus ſpes eſt, me apud vos ſepulturam habiturum. Aderit bonus Dominus, aderit gratia.*

*gratia eius.* VENIAMQVE LOCVM CONSERVATVRVS, ET PER LOCVM
A IPSE QVOQVE CONSERVANDVS. *Vos tantum in ijs, quæ bene cœpiſtis, per-
ſeuerate, imò inchoata melioribus ſtudiis augete, laboris veſtri fructũ & hic & in fu-
turum habituri &c. His dictis abiturus Pater Reginhardus rogauit, & quidnam filiis
ſuis mandari vellet: ille mox ſublata voce cum multis lachrymis dixit.* ANIMAM ET
CORPVS MEVM. *Iamq; Reginhardo Patre foras egredi volente, ita eum compel-
lauit; vt tu ipſe iam vidiſti, res meæ finem habent. Itaq; ego te dilecte frater, per Chri-
ſtum oro,* NE SINGVLARE SPEI MEÆ PRÆSIDIVM MONTEM ILLVM *Vita S. Ann.*
MEVM DESERAS, *ſed me defuncto, integritate & conſtantia tua foueas atque ſu* *lib. 3 c. 7. lib.*
*ſtentes. Magnorum illi periculorum materiam ſubtraxeris. ſi peccandi licentiam, quæ* *2. cap. 11.*
B *religionem omnem euertit, in Fratribus regulari ſeueritate coerceas, conuenienter illi
ſententiæ ſapientis cuiuſdam; Filiæ tibi ſunt, ſerua corpus earum & non oſtendas hi-
larem faciem tuam ad eas. Noueris autem non deeſſe iam illic, poſthac verò etiam plu-* Reliquiæ
*res futuros, quorum animi & actiones ſpectabunt ad loci deſtructionem. ſi tu quod ab-* ſacræ non
*ſit, cœperis eſſe remiſsior. Vide igitur, vt regulæ auctoritate conſtanter armatus, prauo-* ſunt ex mu
*rum cœptis occurras,* NE LOCVS ILLE MEVS TVA NEGLIGENTIA COL- nitionibus
LABATVR. Hactenus S. Præſul. Ceſſit verò ante biennium Mons Si- auferendæ.
gebergenſis hæreticorum poteſtati, Dei nos iuſtè flagellantis voluntate.
Nam promiſſi quidem haud immemor patrocinij Reuerendus & Reli-
C gioſus P. Prior Sigebergenſis, vt Monaſterium ſuum ſaluum, & inte-
grum conſeruaret, nec illud hoſtium cederet direptioni, de retinendo
tunc ibidem S. ANNONIS pignore agebat; ſed quia aliud alijs ingraueſ-
centium periculorum metu perculſis placebat, Coloniam ſacrum Mõ-
tis Sigebergenſis pignus eſt auectum, quod alias nullatenus potuerat
ab equis etiam generoſiſſimis moueri loco. atque eheu! viduatum tan-
to theſauro Montem mox ingens excepit calamitas; vix enim octiduo
præterlapſo, Mons ipſe ſine cœde & ſanguine (non tamen ſine fraude
hæreticorum ciuium, qui admiſſi *Neutralitatem* ingeminabant) diffluen-
D tibus ad inconditum tantummodo Baudizianorum Suecicorum mili-
tum, qui vaſis quibuſdam ſe muniuerant, clamorem, præſidiarijs pediti-
bus, in totius Diœceſis Colonienſis & Montenſis terræ incommodum
& perniciem occupatus, etiamnum ab hoſtico exercitu, patriam no-
ſtram miſere affligente poſſidetur. Adeo fatales ſunt ſacrorum pigno-
rum translationes; Quod ipſum non ita pridem expertos docui Mag-
deburgen. *lib. 3. c. 5. hiſt. S. Engelberti, pag.* 179. Hæc tibi SANCTA COLO-
NIA pro theſauro reliquiarum tuarum conſeruando dicta ſunto.

EPITAPHIVM S. ANNONIS. A

Patribus egregijs ornata Colonia multis,
  Eccleſiæ ſpeculum miſit in hunc tumulum.
Emicuit mundo noua lux ANNONE ſecundo,
  Qui per cuncta ſuo par erat officio.
Menſibus hoc denis, annis octoque vicenis,
  Quarta Decembris eum lux tulit è medio.

XII. Lapis S. ENGELBERT⁹ Amethiſtus. B

*De Roſa gentilitio S. ENGELBERTI inſigni rationem attuli in hiſtoria eius; cordium & equi imagines adijciuntur, quia ſub Philippo Hinsbergico Archiepiſcopo Colonienſi, Ducatibus VVeſtphaliæ & Angariæ diœceſis eſt aucta.* ☞ C



SAncti ENGELBERTI Maiores, tum lib. 1. c 2. tùm in auctario deſcripſi, oſtendique, nō eos ex Vrſinis, vt quidam ſomniant, oriri, ſed ex defenſoribus & aduocatis Tuitienſibus. Nā God. ad ann. 1205. Tuitienſe caſtrum nuncupat, DOMVM ADOLPHI Comitis de Monte; vnde Comites de Monte fuerint etiam Tuitiēſes neceſſe eſt. Tuitienſes verò Comites & D

Aduo-

Aduocati longe ætate præcucurrerũt fabuloſum Vrſinorũ ex Italia ad-
A uentum, vt ibidem pluribus planum feci, & alias altius per plura ſæcula ex archiuis deducam. Deinde *lib.* 1. *c.* 2. *& in auctar.* ipſos S. ENGELBERTI maiores ex Trans-Rhenanis monſtraui ortos, quod Franci (quibus vel miſti vel finitimi fuerunt Sigambri, è quibus ortus eſt S. ENGELBERTVS) præcipuam ſuam trans Rhenum in Thuringorum finibus ſedem collocarint, Diſpargi. Hoc verò non à Rheno alluitur, ſed quam remotiſſimè ab altera ipſius Rheni ripa eſt diſiunctum; vt iam ex authoribus probatiſſimis declarabo. Errat enim quem ſecutus eram Ortelius in Geogra-
B phia ſua conijciens Diſpargum eſſe Dusburgum ad Rhenum. Cuius poſita ſententia profecto non concluderetur (quod quidam intendebat) S. ENGELBERTVM ex Tranſrhenanis progenitum, cum etiam Ciſrhenani Dusburgo ad Rhenum finitimi ſint, & vicini, ideoq; ex ea ſentẽtia etiam Ciſrhenani poſſent nũcupari Sicambri. Quæ certe non ſunt admittenda. Nám ex omnium ſententia Sigambri attigerunt Francos. Hi verò Salam fluuium, à quo & Thuringia allambitur, proximè accolunt, vt iam demonſtrabo. Sin verò planè Ciſrhenani forent Sigambri; hi non dicerentur proximè attingere Francos, ſed ab ijs eſſe quam
C remotiſſimi, vt ex tabulis Geographicis ad oculum videre licet. Quod autem Franci, Thuringis ſint vicini & Salæ fluuio, arguit illud ipſum præcipua Francorum ſedes Diſpargum. Nam Diſpargum Gregor. Turon. *lib.* 2. *hiſtor. Franco. cap.* 9. tradit eſſe caſtrum in Thuringorum finibus excitatum. Et Aimoin. *lib* 1. *geſt. Franc. c.* 3. idem Caſtrum, ait, finitimum Thuringis, fines autem Thuringorum non Rhenum, ſed Salam fluuium traduntur allambere, *vt auctores tradunt dd. ll.* accedit, quod Adamus Bremenſis *in hiſt. Eccl. c.* 46. *vel lib.* 3. *c* 30. *c.* 184. *vel lib.* 4. *c.* 24. ſicut & author Epiſcoporum Bremen *in Alberto Magno ad ann.* 1051. *& ann.* 1068. & Albert. Stad. *in Chron. ad ann.* 105[illegible]. *& ad ann.* 1068. doceant. Diſpargum an-
D no 1068. ab Alberto Archiepiſcopo fuiſſe acquiſitum diœceſi Bremenſi; Duisburgum verò ad Rhenum ea ætate non à Bremenſi fuit Archiflamine comparatum, ſed à Comite Palatino Ezzone, cui illud ab Imperatore Ottone donatum *Vide auctarium noſtrum pag.* 303. Fateor quidẽ, quod vno in loco ab authoribus iam allatis appellatur Diſpargum, in alio ab ijſdem vocari Dusburgum. Nam vt in priori inquit loco Adamus, & cum eo authores reliqui. *Prædia verò Sincicum, Pliſna, Groningor, Diſpargum, & Liſmona, quibus iam dubia fide poſſeſſis arbitrabatur ſe Metropolita-*

*nus*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*nus* (Bremenſis Albertus) *ſicut de Xerxe dicitur, aut per mare ambulaturum, aut
per terram nauigaturum* &c. in poſteriore verò loco ait, *quo tempore Pliſnam* A
*& Dusburg, Groningin, & Sinticum acquiſiuit* &c. Vnde manifeſtum eſt, v-
num & eũdem quidem locum, nunc Diſpargum appellari, nunc Duſ-
burgum, non tamen ipſum eſſe Dusburgum, quod à Rheno alluitur, vt
iam fuit demonſtratum, ſed eſſe vel Deſenberg, vel Doesberg, quæ in fi-
nibus Haſſiæ, *vt tradit Fabric. lib. 2. Orig. Saxon.* proxime in occidente reſpi-
ciunt, Warburgum diœceſis Paderbornenſis oppidum, in oriente ve-
rò Pliſnam, ſeu Pleſſe Thuringis (qui ad Salam fluuium pertinent) pro-
ximam, atque ita vere docuerunt, Aimoin, & Gregor. Turon. dd. ll. B
Diſpargum caſtrum eſſe gentium Thuringis finitimarum. Eſſe verò i-
pſum caſtrum Deſenberg, oſtendit manifeſtè Schaffnab. *ad ann.* 1070.
vbi inter cætera inquit. *Deinde Rex* (Henricus IV.) *collecto exercitu egreſſus,
extremam operi manum per ſe ipſum impoſuit. Principes, quos ei conſanguinitate vel
alia neceßitudine obnoxios nouerat, aut acceptis præſidibus, aut iureiurando, ne ad eum
deficerent, obligauit, caſtellum Hanenſtein, à quo ad primum ſtatim belli terrorem
præſidiũ abductũ fuerat, funditus euerti iußit; alij caſtello, quod* Deſenberg *dicitur,
exercitum iam admouerant, ſed hi qui intus erant, etſi loci ſitu inexpugnabiles eſſent,
& copijs omnibus, quæ adminiſtrando bello neceſſariæ erant, affatim affluerent, vltimo
tamen ſe dedere, quam ancipitem belli fortunam tentare maluerunt. Inde vxoris ſuæ* C
*(Vdonis Marchionis relictæ viduæ) caſtra iuit deſtructurus &c.* Hæc ille. Ex quo
ſi Henrici iter legerimus, reperiemus hoc caſtrum fuiſſe Deſenberg in
Haſſiæ finibus excitatum. Recta enim ex Comitatu Hoenſtein per De-
ſenberg, quod attingit Warburgũ, proficiſcebatur, in Comitatũ Vdo-
nis haud procul Brema diſiunctum, vt oſtendunt cum Adamo Brem.
auth. citati in Alberto M. Archiepiſcopo. Quin idem confirmat Regino
*lib. 2. Chron. ad ann.* 776. vbi tradit caſtrum Diſpargum inter Erichsbur-
gum & Lippiam fluuium iacere, ſpectat enim Erichsburgum in ſepten-
trione, in occidente verò fluuium Lippiam; ait autem Regino *ex prædi-* D
*cto igitur loco* [Erichsburgo] *cum tanta confuſione diſcedentes* [Saxones] *vene-
runt ad aliud caſtrum quod appellatur Deſuburg, vbi voluerunt ſimiliter facere, ſed
Deo auxiliante, Francisq; eis viriliter repugnantibus nihil præualuerunt. Oppidani
verò perſecuti ſunt eos vſque ad flumen, quod Lippia dicitur, & multos ex ijs interfe-
cerunt &c.* Hactenus ille. Deſuburg verò idem eſſe, quod Deſenburg o-
ſtendit Fabric. *lib. 2. Orig. Sax.* vbi de ijſdem locis agens, tradit non quidẽ,
quid ſub Henrico IV. ſed ſub Carolo M. ſit geſtum; & ait *Saxones iugi*

*Franci-*

*Francici impatientes & fœderis immemores Ducum ſuorum leuitate, ipſo abſente* A (Carolo M.) *rurſus tumultuantur: arcem Heresburgum obſident; & Francis aſtutè deditionem conantur perſuadere; propoſita incolumitate & præmijs; ſuſpectam habentes Franci Saxonum fidem, id facere detrectant; nec viribus præſidio deijci poſſunt &c. Tentantes deinceps* [Saxones] *caſtrum Deſenburgum in monte altißimo ſitum, & Haßiæ finitimum, nihilo felicius id oppugnant. Nam erumpentes Franci è præſidio, eos ad fluuium vſque Lippiam inſequuntur; nec paucos intercipiunt & obtruncant.* Hactenus ille. Idem quoque comprobat vulgaris atque à Saxonica gente receptus pronuntiandi modus, allata enim modo loca ipſimet indigenæ Saxones appellant, Diſparg, & Duſparg, licet ſcribant Deſenberg, & Doesberg, vt proinde dubitare non liceat, alterutrum iſtius loci B vocitatum Diſpargum. Et quidem intelligi Deſenberg, authores oſtendunt allati. Malè igitur ad Rhenum collocatur Diſpargũ & peius * cum Aſceburgio confunditur, ab Orthelio, in ſua Geographia: Aſceburgium enim eſt caſtrum Aſceburg, quod in monte Saxoniæ verſus orientem reſpicit Helmſtadium, & verſus occidentem, Wolffenbutum, vbi etiamnum extat; non igitur Aſceburgium erit, quod vocatur Dith. libr. 7 Aſenbrunn *, ab Haſa fluuio præterlabente; atque incolis pro conſueta pronuntiandi ratione appellatur Offenburg, ſicut ex antiquo C ſcriptore Sigeberto Gemblac. ad an. 743. nuncupatur Hoſcoburg, id eſt Oſnabrugum; ait enim Sigebertus, *Carolomannus Saxoniam petit, caſtrum Hoſcoburg capit, Theodericum pacis obſidem accipit, &c.* quæ ita deſcribit Regino Gemblacenſi antiquior, *ad ann. 743. Carolomannus abſque fratre in Saxoniam perrexit, & cœpit caſtrum quod dicitur Ochſenburg per placitum & pacis conditionẽ, & Theodericũ Saxonẽ obſidẽ accepit, qui ſacramẽtis datis in patriã dimiſſus eſt redire. Sed poſthabito ſacramento fefellit* &c. Neque etiam per Aſceburgium intelligitur Aſenberg, cuius meminit quidem Schaffn. attamen cũ illi adijciat varia per vniuerſam Saxonicam inferiorem caſtra, non poterit inde certò colligi, in quo Saxoniæ iaceat loco. Hoc tamen conclu- D do, non fuiſſe illud Dusburgum ad Rhenum, cum omnes authores aſſerant illud cum reliquis caſtris ab Henrico IV. Imp. ad affligendos Saxones fuiſſe excitatum. Ita enim Schaffnab. ait ad ann. 1073. *Hæc autem ſunt caſtella, quæ ipſe* (Henricus IV) *poſtquam pater eius deceſſerat, extruxit, quæ tamen ad præſens memoriæ occurrũt. Hartespurg, VViganteſtein, Moſeburg, Saſſeſtein, Spatenberg* *, *Zeimenburg, Aſſenberg, Vokenroth, quod Friderici Palatini Comitis fuerat &c. Luineburg quoque oppidum maximum Ottonis Saxonici occupauerat &* paulo poſt. *Thuringi quoque conglobata multitudine Heimenburg caſtellum obſederunt.*

* Dusburgum, Diſpargum.

*Aſenbrun

* *forte Sparenberg, Bilfeldia impendens, ſicut Marianus Scot. eadem loca recenſens Hatterburg pro Hattersburg enumerat.*

*derunt, paucisq; diebus vi & armis oppugnatum cœperunt, atque ſuccenderunt &cæt. Protinus alij caſtello, quod Aſenburg dicebatur, exercitum admouerunt, & quia propter difficultatem locorum militari manu capi poſſe deſperabatur, caſtris circumquaque poſitis ſatagebant, ne cui ingrediendi vel egrediendi copia fieret, vt quos humana vis non poterat, alimentorum inopia expugnaret:* &cæt. Paulo poſt idem teſtatur ex Hartesburg vicinos quidem Goslarienſes infeſtatos, ſed non circumſcribit caſtri illius Aſenberg ſitum. Videtur tamen in Thuringia aut circa illam iacere: Ita enim idem Schaffnaburg. ad ann. 1075. ait *commoratus etiam* (Rex Henricus IV.) *paucis diebus in Thuringia, caſtellum in Aſenberg inſtaurauit, præſidiumq; impoſuit &c.* Hactenus Schaffnab. Vide & de Aſenburg P. Serrarium lib. 5. rerum Mogunt. in Gerardo I. differentem. Ex omnibus his relinquitur nec Aſciburgium eſſe Diſpargum, nec Diſpargum eſſe *D*usburgum quod à Rheno alluitur, ac proinde cum Frãcis vicini hæſerint Sicambri, ab vlteriore Rheni ripa, ipſi etiam S. ENGELBERTI maiores à *S*icambris & Geldris profecti transrhenani fuerint neceſſe eſt. Idem quoque pagina 302. probaueram ex Comitatu Hermanni Transrhenano, in quo concludebatur Gerrisheim; ſed ne quis nomine Hermanni decipiatur, notet velim plures fuiſſe id ætatis Hermannos, quorum vnus Comes Transrhenanus, de quo nos *dict. pag.* alter Ciſrhenanus & Palatinus, qui ſua cis Rhenum poſſidebat bona, vt oſtendunt Lorcheim, Berchem, Thonaberg, ſeu Thomberg caſtrum, ſupra allata; Reſpicit ex ijs Thomberg in occidente proximè caſtrũ Saffenberg Ciſrhenanũ. Quod verò ipſe Hermannus Palatinus nihil vltra Rhenum in terra Montenſi vel infra poſſederit, eſt pluſquam manifeſtum; Nam Imperatoris demum Ottonis III. beneficio non ipſe Hermannus, ſed filius ipſius Erenfridus, per matrimonium cum B. Mathilde Ottonis II. filia, & Ottonis III. ſorore vltra Rheni ripã obtinuit *D*usburgum, inſulam S. Swiberti &c. *vt docui in auctar. noſtro ex archiuo Brauuiler. pag.* 303. teſtatur idẽ Dithm. lib. 4. vbi ita ait: *Cæſaris eiuſdem* [Ottonis III.] *ſoror Mathild. nomine, Hermanni Comitis Palatini filio Ezzoni nupſit, & hoc multis diſplicuit, ſed quia id non valuit emendari legaliter, tulit hoc vnicus frater ipſius patienter, dans ei quam plurima, ne vileſceret innata ſibi à parentibus ſummis, gloria &c* Ex quibus & cauſas intelligimus contentionum, de quibus pagina 303. & earum compoſitionem: Porro hic Hermannus Comes Palatinus fuit, cui ad Cæſarem oblata legatio, quod oſtenditur, tum ex titulo Nobilis, qui tribuitur Hermanno Comiti, illo enim vtebatur & ipſe, & ipſius poſteri, vt conſtat ex Hermanno Archie-

chie-

chiepiſcopo Colonien, ipſius Hermanni nepote, Nobili vocato; tum A etiam probatur ex vitæ, à qua commendatur, probitate, tum denique ex officij, quod gerebat, adminiſtratione, vt proinde haud dubitandum ſit, quin Comes Hermannus ſit Palatinus cui delata eſt iſta legatio, non vero Montenſis (licet aliud pag. 301. inſinuauerim) ſitque etiam ab Hermanno Montenſi omnino diſtinctus, atque etiam relinquatur Hermannum Montenſem, non Cisrhenanum eſſe, ſed prorſus Transrhenanum. Quis ille Henricus Comes Palatinus qui afflixit S. Annonem ipſique conceſſit montem Sigeberg, incertum qua fuerit ex familia cũ fratrem habuerit Cunonẽ regis cognatum; Fuit autem is Palatinus Lu- B thariorũ, qui, vt aſſerũt Schaffnab *ad an.* 1057. & 1061. Herm. Contract. Dodechin. *in appendic. ad Marian. Scot.* & vita B. Annonis *apud Sur.* relicta vxore religioſam amplexus & profeſſus vitã in Gorzia, paulò poſt à dæmone illuſus vxorem, quã repetierat, anno 1060. occidit, vnde in Monaſterium Eſternacenſe *relegatus fuit, vbi diutina tandem vexatione cõſumptus interijt an. 1095. Verum oſtenſis luculenter S. ENGELBERTI parẽtibus & patria transrhenana, nũc pauca quædã ex mſcr. Bibliothecæ Regulariũ Colonienſium de S. ENGELBERTO delibata dabo; plura enim qui volet ipſam S. recognoſcat ENGELBERTI hiſtoriam.

C Vita S. ENGELBERTI ex Bibliotheca Regularium Colon.

ENGELBERTVS *maioris Eccleſiæ Præpoſitus, ſub Friderico II, & eius filio ſedit annis decem, qui dum Epiſcopatum vndique confuſum & deterioratum cerneret, audacia quaſi leonis aſſumpta, quæ tali periculo erat pernecesſaria, pacem & æquitatem reſtituens, tyrannos & quoſque malefactores reſtringens, à malitia & rapinis ceſſare coegit, ſingula proinde diſpoſuit pacata, & meliorando cuncta ſtrenue gubernauit: debita anteceſſorum ſuorum facta per totum Archiepiſcopatum collecta vſque ad 27. millia marcarum perſoluit, cui Fridericus Rex pro Imperiali conſecratione Romam proficiſcens procurationem regni Teutonici commiſit: filium etiam ſuum Henricum adhuc puerum commendauit, quem tum abſente patre conuocatis Principibus Aquiſgrani in Regem conſecrauit. Hic negotia regni ſibi commiſſa prudenter diſponens & moderans, ſapientia ſua & induſtria plus quam bello, omnia ſibi ſubiugauit. Pacem firmiſſimam* D *per regna ſtabiliuit, cumque ei omnia in proſperum ſucceſſiſſent, & ad voluntatem ſuã omnia prouide & diſerte ordinaret & diſponeret, propter Eccleſiam Aſſindienſ. à Fririco Comite de Iſenburg, cognato ſuo per inſidias crudeliſſimè occiditur.*

Alter manuſcr. ex Bibliotheca Regular. Colon. hæc recitat.

*Quadrageſimus nonus depoſito vt iam dictum eſt, Theoderico primo electus fuit ad Pontificalem cathedram Colonien. Eccleſiæ is ſedens ſub Ottone IV. & Frideri-*

co II. Imperatoribus, annis 10. Venerabilis Pontifex ENGELBERTVS primus, qui fi-
lius Comitis de Monte, ex matre filia Comitis Geldriæ, habuit patruos Nobiles ante- A
ceſſores ſuos Colonienſ. Archiepiſcopos, videlicet Fridericum II. & Brunonem IV. A-
dolphus vero depoſitus ſimiliter Colonienſ. Archiepiſcopus patrui ipſius filius fuit. Erat
autem iſte ENGELBERTVS aſpectu decorus, ſtatura corporis procerus, robuſtus viri-
bus & tantæ pulchritudinis, vt in clero & populo illi non poßit ſimiliter inueniri, vn-
de Fridericus Imperator, duo iura in regno ſublimatus, audita dicti ENGELBERTI
Archiepiſcopi probitate & fama, negotia regni citra alpes ſibi commiſit, & filij ſui
Henrici eum tutorem fecit, conſtituens totius Regni per vniuerſam Alemanniam i-
pſum deputauit adminiſtratorem. Ipſe igitur ENGELBERTVS conuocatis regni
Principibus, eundem Henricum Imperatoris filium, quamuis adhuc puerum de bene- B
placito Imperatoris Aquisgrani vnxit in Regem Alemanniæ, quem quidem ipſe me-
tuebat, vt filium & tanquam Dominum venerabatur, tanta autem fuit per vniuer-
ſum regnum pax in diebus ſuis, vt antiqua Auguſti tempora crederentur. Prædictus
tamen Henricus Imperatoris Friderici II filius, inter Reges non computatur, quod ad
regni adminiſtrationem non peruenit. Nam ipſe adoleſcens accuſatus apud patrem de
rebellione captus per patrem, & in Apuliam ductus, ibidem deceßit ſqualore carceris
ſuffocatus Factum eſt autem, quod cum Fridericus Comes de Iſenberge, dicti ENGEL-
BERTI conſanguineus aduocatia Regalis Eccleſiæ Aßindienſ. Tyrannica abuteretur
crudelitate: Ipſe Dominus ENGELBERTVS Archiepiſcop⁹ receptis ſuper hoc mãdatis C
Apoſtolicis Domini Honorij Papæ, & Friderici Imperatoris, monuit ſupradictum Co-
mitem, vt à ſua deſiſtens tyrannide præfata aduocatia legitime vteretur, quibus moni-
tionibus idem Comes exacerbatus, quodam tempore dum præfatus Archiepiſcopus in
via prope viam dictam Svvelme incederet, ſequenti die ibidem Eccleſiam conſecratu-
rus: ipſe Comes inſtinctu diabolico eũdem Archiepiſcopũ nihil tale ſuſpicantem 28.*
confoſſum vulneribus crudelißime interfecit, poſt quod execrandum facinus dictus Co-
mes veluti alter regni Cain vndique Vagus & profugus diffugiens nuſquam potuit
eſſe tutus, caſtro quidem eiuſdem dicto Iſemberg, quod tamen inexpugnabile videba-
tur per ſucceſſorem Domini ENGELBERTI interfecti expugnato & ſolo tenus di- D
rupto & confracto, nec vnquam poſtmodum reparato. Quod quidem vſque hodie
ruinæ eiuſdem atteſtantur in vltionem ſanguinis venerandi Pontificis ſupradicti,
Deus autem cuius vtique eſt vindicta, & ipſe retribuit, taliter ordinauit, quod præ-
dictus Comes ſacrilegus Pij Pontificis interfector, eodem ferè die poſt annum elapſum,
quo idem Pontifex mortuus cum luctu omnium Coloniam eſt inuectus, dictus Comes
iam captus cum gaudio multorum, per portam alteram ciuitatis oppoſitam vincula-
tus eſt introductus, & poſt triduum ſententia mortis in ipſum lata per portam ciui-
tatis, quæ dicitur Sancti Seuerini, ad Campos eductus confractis tormentaliter cruri-

bus,

bus, & brachijs ſuis, & omnibus membris miſerabiliter diſtractis, ſupra rotam poſitus in monticulo iuxta viam regiam, cuius vſque in præſens apparent veſtigia ad miſerum tranſeuntium ſpectaculum tormentaliter eſt eleuatus, plurimi quoque ex eiuſdem ſatellitio poſtea in breui morte peßima perierunt, & quod dignum relatu duximus adnotandum, omnis eiuſdem ſacrilegi Comitis poſteritas poſt dicti Venerandi Pontificis interfectionem deficit, nec vnquam poſtea reſurrexit, ſepultus eſt autem iſte Venerabilis Præſul ENGELBERTVS, in Eccleſia S. Petri.

## ADDENDA VEL CORRIGENDA.

Pagina 14. lin. 10. à fin pro, ſed errat, l. ſed loquitur de Henrico Catto ſeu Thuringo, qui execrato Friderico ab Electoribus ſubſtitutus vix vnum annum præfuit, ac deuicto apud Francofurtum Conrado Friderici filio, quin & ipſo Friderico apud Vlmam profligato, in Thuringiam redux, Marpurgi infirmatus, Iſenaci ad S. Catharinam extra vrbis mœnia in Monaſterio Virginum Ciſtercienſium ſepultus eſt; corde ipſius apud Prædicatores Marpurgi ad S. Elizabetham tumulato. Fragm. hiſtor. Berthol. Hiſtor. Thuring. Alius verò fuit Henricus Friderici Siculi filius, qui parente necdum execrato, à S. Engelberto, regijs inſignibus anno 1222. fuit redimitus; Godefrid. Prior habuit VValdemari R. Daniæ filiam; poſterior Agnetem Lupoldi Auſtriæ filiam in vxorem. Berthold. Pag. 23. linea 8. pro ſub Cæſario & Attico Coſſ. anno Domini 397. defuncti, lege anno Domini 400. 11. Nouembris, quæ erat Dominica, defuncti &cæt. Gregor. libr. 1. c. 3. Nam licet Gregorius priorem etiam tradat ſententiam, attamen cum ex antiquis Turonenſis Eccleſiæ monumentis, tanquam indubitatum conſtet, S. Martinum vndecimo Nouembris die Dominica deceßiſſe, hinc eſt certũ annum Chriſti à S. Gregor. potuiſſe colligi vt vere poſtea fuit collectus. Ad Computũ ergo Eccleſiaſticum, quem vt in litteris bene verſatus Epiſcopus ignorare non poterat, ſe contulit, & mortem illam cum anno Chriſti Dionyſiano (quo tum in Cyclis Paſchalibus priuatim vtebatur Eccleſia) 400. concurrere ex littera Dominicali primum aduertit: Inde ad Proſperi Chronicon primo obuium recurrens ac in eo annum Chriſti 400. conſiderans animaduertit è regione illius Cæſarium & Atticum Coſſ. notari & ſecundum annum Arcadij Imp. Martinum ergo ijs Conſulib. 2. Arcadij anno deceßiſſe de ſuo fidenter aſſeruit. Interim non aduertit (nec tempora illa ferebant) annos Chriſti, qui in Chronico iſto, vt & Hieronymi, notantur, ſolido triennio Epocham Chriſti Dionyſianam præcurrere. Quæ cauſa fuit cur plurimi etiã magni nominis hiſtorici longe à veritate abeãt. lin. 21. aut vt alij volunt anno. dele, pag. 25. N. Euergiſlus non eſt Ebregiſus, nec Ebregiſilus, quos auctores confundunt, adieci tamen nomina eorum in margine, vt à nemine, quomodo ab alijs appellentur ignoretur. Chapiauill. & P. Bucherius initio quidem eoſdem eſſe exiſtimarunt, at poſtea ſe recolligentes, prout debebant, eos diſtinxerunt. pagina 29 lin. 3. à fin. poſt, 743. adde, quãuis iam multo ante tempore Epiſcopum non Archiepiſcopum egerit Colonienſem, pag. 30. lin. 7. à fin. pro mox, lege, ex Friſia redux prope Malmundarium in Diœceſi Leodienſi ſub Pipino Nano Caroli M. parente (Carolus enim Martellus anno 741. extinctus erat) à Chriſtianarum &c. pag. 32. lin. 14. pro 411. ſub Henrico Imperatore, leg. 412. ſub Honorio Imperatore, alijs tamen aliud placet tempus pag. 35. lin. 3. à

*ſin.lege, eſſet pag.37.lin.4.hic eſt,pro,hic videtur. pag.38. in ſin.claruit ſub Carolo Martello, lege, claruit ſub Pipino rege Caroli M.parente. Nam Carolus Martellus ſub S.Agilolpho ann.741.vel 740.ſcribitur obijſſe. Vnde errat tabula Archiepiſcoporum Colon.quæ ipſum tradit ſub Carolo Martello floruiſſe. pag.39.lin.4.lege, Auſtraſiæ.p.42.lin.8.à fine pro numer.corrupto* DCCC.XXX III. *bene legitur* DCCLXXXIII.*Nam ita numerum corrigendum eſſe oſtendit ipſa VVenilonis,quæ vixit,ætas,quippe poſt VVanilones duos ſecuti Ebo, Ranifridus, Sigebaudus,Coſtroldus,vel Oſtroldus, è quibus vltimus anno 814.interfuit concilio Rhemenſi Flod lib.2 cap.18. Deinde anno 747. ante VVelinones duos vixit Gerebaldus.(Vide Baron.ad illum anni) quem ſecuti Bernito,Garfridus,demum duo VVenilones.pag.42. lin.20. lege ſubiecit. lin.23.lege,ſed ſopitæ illæ fuerunt. lin.26. ex, dele.pag 44.dele marginalia.pag.51.lin.6 reſtitue omiſſa; & lege; Non quod à VValthero de Glisberg Saxone,qui & illic eſt ſepultus.fuit ædificatum anno 1036.vt teſtis eſt Schaffnaburg Hoc enim eſt Scotorum,non monialium,ſed forte vbi ſe poſterioribus temporibus dedit B.Virgo conſpiciendam, cum vellet locum collapſum inſtaurari, vt habet vita S Meinvverci. lin.11.pro,tribus, lege,ſex, aut nouem. lin.23. Nam Henricus &c. Totum hunc paragraphum dele, vſque ad verba, Brunonis vero. pag.52.NB. apud Ferrar.in Catalogũ Sanctorũ 4.Non Feb.ſeu 2.Febr. quotquot cũ Brunone Ebekeſtorpij perierunt,referuntur,cum Epiſcopi,tum Duces,Comites,ac belli Duces. E quibus quis ſit Albertus Epiſcopus Hamburgenſis, Aufridus Traiectenſis, necdum reperi. Cum eo tempore S.vixerit Rẽbertus Hamb.qui hoſtes precibus ſuis profligauit; Et Hungerus Vltraiectenſis prælio non interfuerit, ſed hoſtium cedens furori,in Prumienſe monaſterium migrauerit. Franco verò Traiectenſis ad Moſam,Normannos Principum ſubſidio,iterum iterumq; fuſos,diœceſi ſua eiecerit.Oſnaburgenſis demũ Epiſcopus S.Gosbertus ſcribatur à Nordmannis occiſus.Drogo non eo tẽpore vixerit, ſed ſub Ottone I. Comes Lutharius qui refertur,in Cliueſ.mſc.dicitur S.Luthardus Euerardi C.Cliuẽſis & Bertæ filius Poſt cladẽ in excurſione Nordmannorũ 13.Iul.ſub ipſo ſacrificio interfectus eſt S.Anno vel Arnto Epiſcopus Herbipolenſis; Valla Epiſcopus Metenſis;Bertholdus nepos S.Aduentij Metenſis Epiſcopi, Archiepiſcopus Treuirenſis, defoßis humi Sanctorum reliquijs, in pugna à Nortmannis victus,fuga ſibi cõſuluit Flodoard.l.3.c.23. Hæc perſecutio ad 70.annos perdurauit Chron Slau.c.6. lin.26.pro dignitati, lege,dignati.lin vlt. poſt mirificauit, adde, ſaxumq; cui S.incubuit Rembertus, cubitorum ſuorum reliquit veſtigia. pag.53.lin.19.lege 879. pag.54 lin.9.pro Indice,lege,Iudice. lin.14.poſt, quo,(adde)ſe. pag.55.lin.22.intra. lin.23.docebat, lin 29.poſt, Carolo, adde, Simplici Gallorum Rege, anno 921.ex Bonnenſi pacto,vt author eſt Flodoardus,licet Regin.referat ad an.924.pag.56 lin.11.à ſin.poſt,Otto Comes,(adde)S.Geronis frater pag.57.lin.23.lege,Tandem Galliam vbi inuaſit Ludolphus,Rex Otto Bauariam &c. lin.30.pro, Auentinus, lege, Sigebertus ad ann.959. pag.58.quod tradit Fabricius anno 959. Haraldum cum coniuge & filio,poſt cladem quatuor millium cæſorum iuxta Ottinſund acceptam, à B.Brunone,ſacris tinctum fuiſſe aquis, illi reclamant omnes cum Danorum tum Holſatorum annales atque probatorum hiſtoricorum authoritates. Tradunt enim anno 946.quo B Bruno Abbatem tantum agebat, & necdum Archiepiſcopum Haraldum ab Adeldago Bremenſium Archiepiſcopo Chriſtianorum imbutum ritibus,atque in baptiſmatis fonte fuiſſe ablutum. Adam.c.50.iuncto c.63.idem non obſcurè inſinuat Albert.ad an.948.vbi*

*nullo*

nullo modo docet contrarium. lin.14.accuſatum (adde) & lin.16.pro moliebatur lege,moliretur. pag.60. lin.14. à fine poſt, Pontificem(adde) Agapetum anteceſſorum ſuorum Pontificum, Gregorij,Nicolai,Sergij &c. priuilegia Bremenſi Archiepiſcopatui conceſſa confirmantem Adam.Albert. pag.63.lin.17.lege ſint, lin.vlt.lege,numinis pag.64 lin.4 repetentes.lin.16.lege,donec Treuirenſibus Ecberti ipſorum Archiepiſcopi rogatu. pag.67.lin.4.poſt tandem leg. tertio exulem,ſedi &c. pagina 68.lin 8.à fin. protho,fortè promo. pagina 71.lin.6.debet. pag.72.lin.13. L.Cornelia de Sicarijs. lin.7.ex allegato loco.lin.8 lege auocet. lin.11.poſt Aës,(adde) Acatholice; lin.19.hoſti,potius,hoſtibus. pag.74.lin.17. lege, ita & de hac poteſtate eſt &c. lin 18.affluat,pro,affulgeat. lin. penult. à fin.lege, ex ſcholis,ex ſubſellijs.lin.vlt pro ſcribis,lege,ita ſcribit;ibid.inquiens dele pag.75. lin.6 ſumpſiſſet.lin.16.pro ait l.aſſerat. lin. 6.à fin.poſt Opmerſenſ.(adde) al.879 vt dictum ſuprà. pagina 76.linea 8.potuerit. lin.10.lege,anno primo regni ſui in orientali Francia, Francofurti &c. pag.77.lin.7.ſtatua pag.78.N.Ida ſoror C.Geronis Viburgij, vt quibuſdam placet in annal. Miſnenſib.Fabric ad ann.1015.dicitur nupta Chriſtiano, poſt mariti obitum, Hieroſolymam abiiſſe, faciemq; ſuam vulneribus fœdaſſe,ne Regi placeret Aegyptio. At Ida Hermanni F. commendatur à pulchritudine,Dithm lib 2. Deinde in d. annal.Gero Archiepiſcopus Magdeburgenſis dicitur patruus Geronis Marchionis occiſi; Verum Gero patruus non Magdeburgenſis, ſed Colonienſis fuit Archiepiſcopus,vt conſtat ex Dithm. Et Chriſtianus fuit Lotharingus,qui vt gratiam Henrici Aucupis venaretur,ſimulata infirmitate Giſelbertum Ducem Ragineri & Aluradæ filium ad ſe euocatum cæpit, regiq; cui obedire detrectauerat,vinctum tranſmiſit VVitich lib.1.& Sigebert ad an.927.pag.79. lin.4.patruo ſuo(adde) vt vult Fabricius,perſuaſit &c. linea 5.lege,ſcribit autem Otto II. Imperator, quod ob memoriam &c reliqua inſerta dele. linea 8.cuidam dele. NB.debebant ſequentia alijs expreſſa fuiſſe characteribus,eo quod ſint verba diplomatis; attamen id correctoris incuria accidit, pagina 81.lin.18.lege,acerra,linea 27.electio,lege,electi confirmatio.pag.82.lin.8.pro Magdeburgi, l. In ditione Bernburgia. lin.14.& ſeq. dele incluſa quæ ſunt parentheſi, & ſubſtitue, ditionis Bernburgiæ,Fabric.in annal.Miſn anno 1015. lin.19.poſt, Abbatiā(adde)[Munchenneuenburg, in qua reconditus eſt & ſepultus Gero occiſus]lin. 23. quoque, dele.pag 83. linea 2 rei(adde) geſtæ, lin.21. pro excitaret,lege, curaret ac conſtitueret.pagina 84.in margine,lege,an viui ſciant ſe ſanctos.lin.18 pro,ſeipſum,lege,ipſum,poſt Domine(adde) inquiens, lin.19 poſt,erat (adde) Rex, linea 25.multa. pagina 85.lin.5.poſt Reges(adde) Catholici,in prioris illius annuli honorem & memoriam, lin.10. Ita habemus de D.Virgine,quod prius D.Iacobo Apoſtolo,deinde poſterioribus temporibus Ioanni Patricio Nonis Auguſti, ardente Syrio in colle Exquilino niuibus operto deſignarit templi ſibi excitandi locum. De B Michaele Archangelo idem ſibi depoſcente aſſerit Baron.ad ann.104.n.51. Templum popoſcit ſibi Cornelius Centurio,vt ex Simeone Metaphraſte apud Sur. recitatur. lin.23.l.nunciate, lin.24.lege dignatur, non dignabitur. lin.25.lege cumulabitur. lin.26.afficit. pagina 86.lin.11.à fin.præcipitarit. lin 9.acceperit. pag.87.lin.5.lege,fuit infirmatus, pagina 88.lin.9.lege Epilepſiæ, lin.15.à fin.5.Kalen.Iulij,lege IV.Kal Iulij. pagina 93.NN.Duæ ſorores,dele; pro filio Euerardi, lege,filio VVerinheri.pag.93.in fine lege; Bruno,Henrici S.frater [adde] Epiſcopus Auguſtanus.Otto

III. Vx-

*III. Vxor. Maria Tarraconenſis, vel Arragenum R. F. quæ ob incontinentiam viua authore marito Imperatore combuſta eſt Annal. Brunſvvic.*

*Ludolphus Episc. Oſnab.*

*S. Gero Archiepiſcopus Colon.* — *Tithmarus Vx. Suanhildis.* — *Otto Vx. Iudith.*

*Gero occiſus Vx. Aleita.* — *VVidredus Priuignus.*

*Tithmarus.*

*Irmentrudis dele. De S. Cunegunde dubium eſt, cuius fuerit filia. Non videtur Ottonis, cum VVippo referat Henricum & reliquos liberos, nec inter eos numeret Cunegundin, Adelberonem &c. Nec videtur Sigefridi illius C. Lutzenburg. qui auctoritate S. Brunonis in Imperio Vicarij, anno 963. primus caſtrum Lutzenburg à VVikero S. Maximini Abbate per mutationem accepit 15. Kalen. Maij, in die Palmarum, Ind. 6. regni Ottonis III. & patris ſui principatum tenentis 2. Vide Mir. in not. Eccl Belg. licet Adalbero frater S. Cunegundis Archiepiſcopatū Treuirenſem inuadens Contract. an. 1008. dicatur Lutzeburgenſis in Auguſta Treuir. par. 2. Chron. Gualter. Nam Henricus Sigefridi ex Hadevvige filius dicitur non Bauariæ (qualis eſſe debet frater Cunegundis ex VVippone) ſed Ardēnæ Dux, in literis ann. 993. Ottonis III. 10. Ind. 6. niſi poſtea dicas creatum Bauariæ Ducem ſucceßiſſe S. Henrico Bauariæ Duci, Imperatori deſignato; atque ita Henricus diſtinctus erit ab Henrico Cunonis fratre Bauariæ Duce, de quo VVippo, quod & oſtenditur ex vita B. Leonis IX. vbi Hugo Leonis parens dicitur conſobrinus Conradi Imper. filius verò Leo ſeu Bruno conſobrinus Theoderici Metenſis Epiſcopi. Alijs dicitur filia Sigefridi C. Palatini, Fabric. alijs filia Giſelberti. Sed qua auctoritate? Fratres Cunegundi fuerunt Giſelbertus, qui iuuenis anno 1014. Papiæ in tumultu occubuit, Dithm. lib 6. Deinde Henricus, Theodericus Epiſcopus Metenſ. (nō ille Ottonis M. ſobrinus, Vippo) & Fridericus. Friderici filius fuit Adalbero Epiſc. Metēſis VViper. in vit. Leonis IX. apud Sur. 19. April. [qui dicitur fratruelis Theoderici Epiſcopi Metenſis Sigebert. 1046.] fratres Adelberoni fuerunt, Henricus, Fridericus &c. quorum auia vel materna, vel paterna fuit Irmentrudis Megingor & Gerbergæ filia; Berta in vita B. Adelheid. 5. Feb. apud Sur. Soror Cunegundis fuit nupta VVelpho, VVelphi Carentani Ducis parenti Contract. 1047. quæ Miræo vocatur TVitha, Irmentrudis, Auentino. pagina 95. linea 16 lege, ter ſenos, linea 7 à fin. ex VVippone; reliqua dele, vſque ad verba, Proinde ex Cunone ſeu Conrado, & ſubſtitue. Quis autem ille Hetzelo, dubium eſt. pagina 96. lin. 12. poſt, frater, adde (Sancti) Henrici Imperatoris &c. Notata in margine dele, quia Giſela S. Henrici mater fuit Giſela Conradi Imperatoris matertera. Ideoq; Giſela nupta Henrico Henrici S. Imperatoris parenti, non fuit Gliſmod Imadi filia, ſed Conradi Regis Burgundiæ, & Kerbergæ filia. lin. 18. lege, Friderico. lin. 19. pro mater, lege, mares. lin. 22. lege, Irmentrudis nuncupatur &c. lin. 23. Non autem auia materna &c dele. lin. 9. à fin. ſed errat [adde] Fabricius. pagina 97. lin. 1. ſubſcriptas. pag. 99. lin. 19. pro columba lege Columba. pag. 105. lin. pen. leg. alienatus; viſione &c. p. 107. lin. 13. quicquā, dele. pag. 110. lit. D. poſt, Saxones, [adde] commiſſa. pagina 111. lin. 2. commiſſa, dele. lin. 3. poſt, hominibus, pone, in fuga &c. linea 11. à fine Curtē quādam. lin. 14. à fin. vero pro tamē. lin. 13. à fin. poſt Deinde, adde, eſto. pag. 113 lin 8. à fin. lege, ipſa pag. 115 lin. pen. l. Helvvide. pag. 116. lin. 8 leg. Hæc ſunt verba VViperti authoris B. Leonis IX. coætanei apud Sur. 19. April. in vita Leonis li. 2. c. 4.* Reliqua errata Lector ipſe corrigat.

# INDEX.


ADaldagus Archiepiſ. Brem. 60.126

Aderam, Addaſta, Alduini, Aida, Aida, Ailvvart, Alcer, Alſacuini — Martyres — pag. 52 & in addit.

S. Agilolphus 29
S. Aidanus Lindisfarnenſ. Epiſc. 17. d
Annuli miraculoſi 97. & ex piſcibus recepti 97. medicamentoſi 85
Albana conuerſa 20. d
Albertus M Archiep. Brem. 119.120
S. Altfridus 53. Aleita 82.128. Alpais 30
S. Amandus Traiectenſ. Alius Argent. Epiſc. 36
S. Amandus Burdegalenſis Epiſc. 23. b
S. Amãdus VVormatienſis 37. Amelungus 43
S. Andrea Colon. Collegium 61
S. Anno Archiepiſc. Colonienſis 109
Anginã curat S. Svvibertus 40. Aſcebur. 121.
B. Attilanus Epiſc. Zamorenſis 97
Aufredus Traiectẽſis Epiſc. 52. S. Arno 126
S. Arnulphus Epiſcopus Sueßionenſis 64
Arnulphus Epiſc. Metenſis 97
Archiepiſcopi Colon. 31. & ſeqq. Legati nati. 114
Archicancellarij S. Romanæ Eccleſiæ 114
Archiepiſcopi officium 34. & ſeqq.
Archiepiſcopi in bello Martyres 40

BAculus S. Petri, vide S. Petri
Bauaria vaſtatur 57 Benno 43
S. Bonifacius Archiepiſcopus Mogunt. 37
Bucco Epiſc. Halberſtad. 112. Bucco ibid.
Bodo mart. 52.126. Briſacum 57
Brucken vnde? Vide Pons. 10.
Bertholdus Archiepiſc. Treuirenſ. 126
Bertholdus de Grimberg 44
S. Baldericus Epiſcopus Traiect. 33
Bellum in Germania 51. & ſeqq. 57.
S. Bruno martyr 78
S. Bruno Archiepiſc. Colon. 31.50
ſcribit libros ibid.
Bruno Verdenſis Epiſc. 79.95
Bruno Papa, Gregorius V. 79.95.96
Bruno Epiſc. Tullenſis ſeu Leo Papa IX. 115.128
Bruno Epiſc. Auguſtan. 127
Bruno Dux militiæ martyr. 51. & addit.
Bremenſis Eccleſia 60
Bremenſes Archiepiſcopi S. Rembertus, Adeldagus, Albertus M. vide ſuis locis.

CApua Archiepiſcopat⁹ quando 32. d & ſeq.
Carolus Martellus 30.65
Catena S. Petri, vide S. Petri.
Colon. Epiſcopi & Archiep. SS. Maternus, Seuerinus, Euergiſlus, Cunibertus, Agilolphus, Hildegarus, Hildeboldus, Bruno, Gero, VVarinus, Euergerus, Volckmarus, Hermannus, Anno, Heribert⁹, Engelbertus, VVitakerus, Conradus Ferdinãdus, vid. ſuis locis.
Childericus Frãciæ R. 30. Chorea ſub ſacro 106
S Columba presbyter Scotus 99
Comites differunt ab ingenuis 109
Coloniam defendunt Sancti in dedicat.
Colonienſes conuertuntur ad fidem 20
Conradus ab Hochſteden Archiep. Col. 45
Conradus Præpoſitus Sanctenſis 97
Colloquia inter ſacra 60.61
Confeßiones 58. non integræ 86
Conradus filius Eberhardi 56
Conradus filius VVerneri 56.57
Conradus Imp. 95. Conradi varij ibid.
Conſtantia Aragonum filia 15
Conſules Imperij 114. Conuiuiorum finis 105
Crallo 27. b Crucis ſignum 47. b
S. Cunibertus Epiſc. Colon. 27 & ſeqq. 36
S. Cunegundis 128. Cuno 96.128


R Damon

DÆmonis illuſio 86. Daſſel 110
Dagobertus Rex 27.c
pro Defunctis ſuffragia 83
Defuncti petunt ſuffragia 88
Defunctorum curam negligentes puniuntur. 85
Diſpargum 119.& ſeq. Diſputatio 55.
S.Dutachus 101. Drogo Campaniæ Dux 30
Drogo Epiſcopus Oſnaburg. 52
DudoEpiſc.Paderb.52.Dusburgũ vid. Diſpargũ
EBregiſus Epiſ.Midonenſis* Mindonẽſis 54.d
Ebrietatis effectus.105. Echardus 80
Eccleſiaſticis ſitne iure diuino prohibita ſecularis adminiſtratio 70.& ſeq.
Eccleſiæ viſitatio.25.d dotatio 67.& ſeqq.
Elias Abbas 106. S.Elizabeth 14
Epiſcopi docent verbum Dei 29
S.Eduardus Rex Angliæ 84.85
S.Erlulphus Epiſc.Verdenſ. 52.57
S.Engelberti eleuatio pag.1.& ſeq Maiores 119
reliquiæ adducuntur in comitia 17.b
S Euergislus Colon.35.64. Euergiſus 125
Eruite 111. Euergerus Colon. Arch.28.c.88.89
FRãco 126.Ferdinãdus Archiep. 6.40.67
Franciſcus VVilhelmus Oſnaburg. Epiſc.16
Friderici multi 96.128.Frideric⁹ Barbaroſſa 14
Fridericus Siculus Rex pag.14. Vx.ibi
Folcvvart 52.Martyr.addit.
S.GEro 77. Gero Marchio 78
Gero Dithmari filius 82
Gero Archiep.Magdeburg.82. Gerenrod 78
Giſelbertus 104.128.al.127. Giſela 128
Gladbach 87. S.Gosbertus 126. Gozelin⁹ 44
Gozelo,Gothelo,Gothefrid⁹ 96. Gregor.V.79
Gregorius Spoletanus 92. Grimoaldus 30
Gerricus 52.mar.addit. Græcæ linguæ ſtudiũ 53
Haraldus 126. Hæreticos oderunt Sancti 22.d 23 Henricus frater Ottonis 59
Hẽricus Hermãni filius affligit S.Heribertũ 123
Hildeſienſes Epiſcopi Marcvvardus, VVicbertus, S.Altfridus, vide ſuis locis.
Herbipolenſes Epiſcopi S.Arno, Franciſcus
Hẽrici plures 95.118. Hermannus Eckhardi filius 80. Hermannus Archiepiſc.Colon. 115
Humilitas 44.104. Hugo 59
Heiluid. 115.d Henricus 80.e
S.Hildeboldus Colon.Archiep. 42
Helmvvardeshuſen monaſterium 43
Helmbaldus 42 Henricus Thuringus 125.14
Henricus Siculus Rex Rom, eius ſtẽma pag.14
S.Heribertus 80.102. Hunni 63.64
S.Hildegerus 38.& ſeq. Hugo comes 115
Hæreſis fructus 100
Hierothecæ S.Engelb. deſcriptio pag 11.& ſeqq.
Horæ Canonicæ vbi recitandæ 25
IDa Engelberti vx 77. Ida Ludolphi vx.77
Ida Brunonis vx.77. Ida Lippoldi vx.78
alia 105. Ieiuniũ 105. Illuſio dæmonis 86
Imperij conſules 114. Imperij Vicarius 58.113
Ingenui differunt à comitibus 109
Inteſtina illæſa.17. Iniuriarum remiſſio 116
Irmgardis Hildebaldi ſoror 43 alia 105.
Iſrael Epiſcopus Scotus 53
Islandi erudiuntur in fide 99
Iuuentutis inſtructio 113
S.KEntigernus 95
LApis miraculoſus 101
B.Leo III.Papa 23.d B.Leo IX. 114
Liberalitatis præmium 17.d Linga 79
S.Lotharius Epiſc.Paderbornenſ. 52.75
Lotharingiæ regnum 55.& ſeq.
Luitherius Epiſc.Midon.54.d Ludolphus Abbas Corbeiẽſis 88. Ludolphus Ottonis M.filius 507
Lutgardis Regina 52.c Liutholphus 52.martyr
S.Lutharius ſeu Luthardus 52.com.Cliu.addit
S.Luthatdus 75.126
Ludolphus Epiſc.Oſnaburgen. 78.79

Mar-

# INDEX.

MArtyres qui in bello occubuerunt 40
B.Mariæ Virginis cultus 105.83
Metenſes Epiſcopi Valla, Aduentius, Theodericus, Adalbero, 92.&ſeqq. S.Arnulphus.
Mindenſ.Epiſc.S.Theodericus.
Marporte vnde pag.10
S.Marcvvardus Hildeſ.Epiſc. 52
S.Maternus 19. Vita & virtutes ter mortuus, ſecundo reſuſcitatus
Mortuorum ſuſcitatio 19.&ſeqq.44.
S.Maurinus 81. Meinvvercus 16.c Miracula 52
Monaſteria, Helmvvardeshuſen 43. Ringelheim.50. Heruordenſe Monialium 51. aliud virorũ Munchenneuburg vid in addit. Gerinrode. 78. S.Panthaleonis 63 Elnonenſe, ſeu Amandinũ 35. Oldenſtade 79
S.Martini, vide in S.Gerone. Mathilda 80
Miſericordia 16 b c 17. eius præmium 17.d
Mortificatio. 62.82.88.95.99.114.116.
NOrtmanni vaſtant & incendunt Germaniam 51.&ſeqq.&c.
Norvvegi docentur fidem Chriſtianam 99
ORdo in Religione 98.&ſeq.
Oſvvaldus Britann.R. 17.d
Oleum ſudat S.Gosbertus, Drogo 75
Oſnaburg.121 Epiſcop. S Gosbertus Drogo, Ludolphus, Franciſcus VVilhelmus 16
Otij fuga 25. Otto 80
PAcificatio 67 B. Papolemus 20.d
Paupertatis amor, 44.& ſeqq 105.16
Pipinus à S.Svviberto defenditur in dedicat.
Pontificiæ authoritatis aſſertor 112
In Peſte Patronus 40
S.Patroclus 63.111. S.Panthaleon 63
Paſſenport vnde, p.10. Principũ diſcordia 101
S.Petri pedum 19.20.63. catena 64.&ſeq. & ſeq. illius ramẽta mittebãtur principibus.
Philoſophiæ ſtudium 53.54
Paderbornenſes Epiſcopi Meinvvercus, Lotharius, Dudo 52
Plectrudis 30. Polycrates 97. Poppo 54.
Pons Conſtantini M.63.iſte intelligitur pag.10. & annumeratur ſeptẽ mundi miraculis.
REgularum obſeruatio ſeruat monaſteria 116.117
Ratherius Epiſcopus Veronenſis 65. Leodienſis.
Ratubona capta 57 Rugrauij de Daſſ.le 110
S.Rembertus Archiepiſcopus Brem. 52
Reliquiarum vis 19.c.d veneratio 116. pro eis contentio 21.d accipientium eas ſine facultate pœna 81
Reformatio morum 62
Religioſorum diſciplina & ordo 98.&ſeq.
Rogerius Siciliæ Rex 14. vx. ibid.
SAcrũ quomodo audiendũ } ſub ſacro, colloq.a, vid. colloq. choreæ, vide choreæ.
Sancti non ſciunt ſe tales niſi ex reuelatione.84 & ſeq. Sancti honorantur 39.11
Sancti apparent hominibus, eos iuuant, in dedicat. 21.28 S.Scripturæ ſtudium 47
Schreibruder qui 28.b
S.Seuerinus Colonienſ. Epiſcopus 22.35
S.Seuerinus Treuirenſis Archiepiſcopus 36
S.Seruatius Tungrenſis Epiſc. 63.64
Sacra funebria non ſoluere 85.&ſeq.
Sigefridus Lutzelb.96. Sigefridus 43
Sepultura viuorum 87
Scelerum vindicatio 57.88.128
Suãhildis 43.128. S.Simetrius Salmẽſis 20 d
Sigebergenſis mons 117 Sonnenberg 110
S.Spiritus inſtar columbæ apparet 27.c
Studiorum amor 53.58.113
S.Svvibert' in dedicat.30 pſius eleuatio 39.& ſeq. patronus in peſte 40. medetur anginæ. ibid.
TAncmarus 52. Tietmarus 76
Tietmarus 43

Tem-

Templum S. Seuerini Coloniæ non poteſt incendi 24. Cuniberti defenditur 28
Tentationes aperiendæ patri ſpirituali 86
Theotricus 52. martyr. addit.
Theodericus Epiſcop. Metenſ. 95
Theodericus S. Swiberti ſocius 30
S Theodericus Epiſcop. Mindenſ. 52
Valla 126 Verdenſes Epiſcopi S. Erlulphus, Amelūgus, Bruno Vicari⁹ Imperij, 58, 113
Viſitatio Prouinciæ 62 Volcmarus 58. 77
S. Vrſula reuelatur. S. Cuniberto 27
Walterus Saxo 51. & addit.
WWal 52. martyr. addit.
WWalterus S. Annonis frater 111
WWarinus Archiep. Colon. 87
WWarinus 88
WWelphi 128
WWenilo Epiſcopus Laudun. 42 126
WWerinherus S. Annonis frater 110
WWerinhart 52. martyr. addit.
WWillericus S. Swiberti ſorius 30
WWicbertus Epiſc. Hildeſ. 53
WWicfridus Archiepiſcopus Colon. 55
WWigmannus 57 WWitakerus 90
Zacharias Pontifex 37.d
Zelus animarum 20, 21. 50. 62. 105

FINIS.

✠

# CENSVRA R. P. INQVISITORIS.

Liber, cuius titulus eſt PRECIOSA HIEROTHECA DVODECIM VNIONIBVS COLONIENSIS HISTORIÆ EXORNATA, Authore ÆGIDIO GELENIO, SS. THEOLOGIÆ LICENTIATO, CANONICO S. ANDREÆ, Cum nihil fidei boniſque moribus contrarium contineat, tuto imprimi, atque ab omnibus legi poteſt. Coloniæ die 19. Decemb. ANNO 1633.

Fr. IOANNES PHILIPPVS FRIDT, *Ord. Præd. SS. Theologiæ Doctor & Profeſſor, nec non per Colonienſem diæceſin, annexasq́; partes Sancti officij, Commiſſarius generalis.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

GELENII
B P. ſchez.[illegible]
et
par[illegible] S.S.[illegible]
ſuiberſus
ac plec[illegible]dis

K·IV

Th
2304